



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Prosodia In Vocabularium Bilingue, Latinum, Et
Lusitanum, Digesta, In Qua Dictionum Significatio, Et
Syllabarum Quantitas Expenditur**

Pereira, Bento

Eborae, 1732

Tertia Pars Selectissimarum Descriptionum, Quas Idem Auctor vel olim à se compositas, vel à probatissimis Scriptoribus emendicatas alphabeticò ordine digessit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60012)

TERTIA PARS

SELECTISSIMARUM DESCRIPTIONUM, QUAS IDEM AUCTOR

vel olim à se compositas, vel à probatissimis Scriptoribus
emendicatas alphabetico ordine digessit.

UBI QUAE SINE ULLO AUCTORE PROPONUNTUR, AUCTOR IPSE FLORILEGII
composuit, reliquas collegit.

A.

Adulatores Principis.

Ex Athenaeo lib. 6.

Jacebat Princeps adolescens vino marcidus in lectulo, qui (ut fert delicatarum ingenium) tumebat plumâ, collecebat auro; flagrabat purpurâ. Tres adulatores hominem circumstant, in eum plus, quam deceret, officiosi nequissimo genere levitatis: unus pedes delicatissimo panniculo impositos mollissimè titillabat, & identidem demissa cervice suaviter osculabatur, dignos exclamans pedes, qui suis vestigiis rosas funderent, lactis, & mellis fontes aperirent. Alter manum propendentem à lectulo, & languidè, ut fit ab ebris, demissam lenissime demulcebat. Tertius qui nemini in hac nequitia cedere volebat, diffusos per lacteam cervicem crines sinistra lenibat manu, dextera flabellum tenens ex mirifico caudæ pavoninæ chorocho constatum; abigebat muscas, nequâ in domini caput involarent: sed tam bonus custos esse non potuit, quin una, ut est bestiarum importunissimum genus, ad corpus usque patris penetraret: tam indignè factum clamant omnes, & queruntur impudentissimas esse belluas, quibus non satis sit homines pungere, nisi Deorum sanguinem lambant. Hic tamen, qui ceteris ut nequior, ita ingeniosior volebat videri, non nihil animalculo condonandum esse, censebat rem audaculam fecisse, cervicem illam rosam appetuisse, quis non appeteret? Involasse, non ut pingeret, sed ut oscularetur. Præclara oratio, sed nulla apud iratos edictum sit in muscas, totis ædibus exterminator, creatur inauditus antea magistratus, muscarum Praefectus, cui ex officio incumbat totis ædibus muscas expellere.

Adulatores Principis.

Ex Scribano, cap. 17.

Chamaeleonti componens eos, qui omnem Principis affectum induunt. Ridet ille? Imitatur risum, Marec? Lachrymas fundant. Morbo tentatur? Morbum illi simulat. Stomachatur? Ira illis ad manum est. Amat? Plus illi, & oleum huic feraci injiciunt. Otio delectatur? Laudant, Savit: Accendunt etiam magis, & ligna huic igni supponunt.

Adulator.

Ex Juvenali satyr. 4.

Quid quod adulandi gens prodensissima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici;
Et longum invalidi collum cervicibus aequat.
Hæculis Antæum procul à tellure tenentis:
Mittatur vocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.

Aër.

Ex M. Tulio 2. de Nat. Deor.

Exinde mari finitimus aër die, & nocte distinguitur. Isque tum spurcius, & extenuatus in sublime fertur: tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque colligens terram auget imbris: tum affluens hac, & illuc ventos efficit. Idem annuas frigorum, & calorum facit

varietates: idemque & volatus alitum sustinet, & spiritum ductus alit, & sustentat animantes.

Æstas. Vide Anni partes.

Ætas hominis varia.

Nemo magis rerum vices, labilemque indies naturam deprehendet, quam si multiplicem hominis ætatem contempletur: utque puerascit, utque juvenescit, ac tandem senio opprimitur.

Dum puer, vix cruribus insistit, firmatque vestigia; mox petulanti exultantiæ gestit paribus colludere, nec aliud quidpiam tantum cordi est, quam lapidei globuli, aut agratus verberibus turbo. Ipse nitida facie, vividis oculis, & tornaili corpore pulchellus.

Quando pueritiam egressus, quid tum pulchrius, quidve insolentius juvene, quem nondum senilis ætas infinitis deformata sæditibus vitia vitæ? Decens illi corporis habitus, apta membrorum compositio, liberalis vultus species. Clariore sideribus nitent oculi, rosas veterum dotes rident genæ: mentum, cervix, & manus candent supra nives: malæ tenera lanugine vestiuntur, aurea cæcaries solem laceffit: per colla, per humeros sparsi volitant crines, ad auræque ludentis arbitrium lascivunt. Neque ob id torpent vires, pulchre in corpore segescit virtus: cum enim illi firmum pectus, torosa brachia, pronumque, & acre ad arma ingenium, aut scintillantibus oculis, contractoque supercilio pugnam fremunt, & juvenilibus animis exultat; aut per plateas incedit Junonio gradu turgidus.

Quid cum misera senectus hanc tantam speciem deformat? Pristinus ille decore evanescit, cervicis candor, & genarum rubor extinguitur, apta, & decens illam ætatis compositio turbatur. Quid plura? Apponite mihi scabrum senem, & jam vitio putrescentis avi cariosum, tremulum, incurvum, nonne tergum deformi gibbo supinatur, caput Socræti verticibus, æmulum naïvis nivibus canescit, oculi in lippiti d'nis stagno natant, dentesque rubigine prærupti, ac exesi rinas exponunt? Expressit hanc omnem ætatis mutabilitatem Horatius in Arte Poet.

Reddere qui voces jam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iocum
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horum
Imberbis juvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine amplexi
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Utillum tardis provisor, prodigus aris,
Sublimis, cupidusque, & amata relinquere peris.
Molta senem circumveniunt incômoda: vel quod
Quærit, & inventis miser abstinet, ac timet uti:
Vel quod res omnes timide, gelidæque ministrat
Dilator spe longus, iners, avidusque futuri,
D' sicilis, querulus, laudator temporis acti,
Se puero, censor, castigatorque minorum.

Ambrosius.

Ex D. Cyprian. Epist. 2. lib. 1.

Illam vides, qui amictu clariore conspicuus, fulgere sibi videtur in purpura; at quibus sordibus hoc enit, ut fulgeat?

fulgeat? Quos arrogantium fastus prius pertulit? Quas superbiorum fores matutinus saluator obsedit? Quot tumentium contumeliosa vestigia in clientum cuneis ante præcessit; ut ipsum etiam salutatum comes postmodum pompa præcederet, obnoxia non homini, sed potestati? Neque enim coli moribus meruit ille, sed fastibus. Hocum denique videas exitus turpes, cum anceps temporum palpator abscessit, cum privati latus nudum defensor assecla sedavit: tunc lacerata domus plagæ conscientiam ferunt, tunc rei familiaris exhausta dāna noscuntur, quibus redemptus favor vulgi, & popularis aura quaesita est.

Amœnitas loci.

Nihil est tam jucundum, tantaque arborum, florumque varietate æquum, quod hunc loco conferri possit. Cum enim ibi nihil mollius cælo, nihilque uberius solo, pubescentes herbæ fluviorum vestiunt ripas, atque ex luxuriantibus herbarum toris condensæ surgunt arbores, quæ opaco frondium, & ramorum tegmine ad hospitales umbras comarum leniter crepitant, undarumque trepide subterlabentium susurrum imitant. Cunque ibi verna semper, ac serena temperies, tellus ipsa, quanta est, in flores effusa, & innumeris pene coloribus picturata candida in lilia, lactescit in calthas, punicea in rosas, cærulea in violas, ac in omnigenam florum varietatem gemmascit. Quocunque oculos circumferas, serpere aë alatos multiplici colorum lenocinio aspersos, tubescere Narcissos virgineo pudore suffulos, asurgere achanthos aureo pallore superbos, languescere hyacinthos nigra ferrugine decolores. Insuper restagnant flumina, ebulliunt fontes, luxuriant herbæ, renident flores, rident omnia; denique invenit natura locum, in quo ad voluptatum illecebras, & satietatem delicietur.

*Amœnitas loci.**Ex Plinio secundo.*

Extendebatur longe, lateque æquata, & nemorosa planities omnibus ad voluptatem, & recreationem necessariis refertissima. Hic vivebant germina, vernabant rosæ, purpurascebant violarum pulvini, candebant liliorum areolæ: gemmea florum ambrosias essentium varietate distincta, picturata prata gratissime oculis ardebant, juges scatebant aquæ, quæ nemule, trepedeque fluentes, & ad radiantem calculos, tenuisque labillos mollior allisæ suavissimum efficiebant susurrum. Inter umbriferas convalles, & amœnos saltus perennia flumina interfluebant, pinguis culta, & sponte sua victus ferentia intersecabant, nactosque sine semine flores suaviter irrigabant; qui flores varietate colorum distincti, tepidique Solis calore exultantes ridere quodammodo, & choreas agere videbantur.

Amicitia Ex M. Tullio pro P.ancio.

Quæ potest esse jucunditas vitæ, s. blatis amicitis? quæ porro amicitia potest esse inter ingratos? Cujus opes tanta esse possint, aut unquam fuerint, quæ sine multo in amicorum officiis stare possant? Equidē nil tam proprium hominis existimo, quam non modo beneficium, sed etiam benevolentia gratificatione illigari: nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere, ut beneficio non dicam indignus, sed actus esse videatur.

Anni partes Ex Anonymo.

Cum solvitur acris hyems grata vice veris, & Favonii, mox pulcherrima illa mundi, naturaque ornamenta reviviscunt: sylvæ frondibus vestiuntur: campi floribus omnifariam, herbisque distinguuntur, quibus odorū incredibilis suavitas efflatur: hinc blandissimis avicularum concentibus aër jam serenior demulcetur: hinc lymphæ ripis obstrepunt manantibus: omnia oculis arident, omnia auribus blandiuntur: prata, arva, colles, sylvæ, convalles ad admirabile, atque pulcherrimum sui

spectaculum, aures, oculos, mentesque convocant. Venit ætas, ut candidior, ita frugum, seminumque omnium proventus uberior. Hanc insequitur Autumnus calcatis sordidus uvis, qui fortunatum Amaltheæ cornu fructuum, pomorumque copiâ securiens diviti manu gestat. Quæ tandem omnia extinguit glacialis hyems canis hirsuta capillis.

*Anni Vide Venula.**Aper. Ex Virg. An. 10.*

Ac velut ille canum morstu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus Laurentia. sylvæ
Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est
Substitit, infremuitq; terox, & inhormuit armos:
Nec cuiquam irasci, propiusve accedere virtus:
Sed jaculis, tutisque procul clamoribus instans.

Aper. Ex Silio Italico lib. 1.

Fulmineus ceu Spartanis latratibus actus
Cum sylvam occursum venantium perdidit, hirtos
Horreuit sævus dorso, & postrema capessit
Prælia ferventem mandens aper ore cruorem:
Jamque gemens genium contra venabula torquet.

Aper.

Apum naturam expressit Virgilius 4 Georg. dum caneret eam sedulitatem, qua, vere appetente, exiit ab alvearibus, nemora pervolitant, rorem, & nectar florum colligunt, ac deinde, vel intra cortices, vel apium, arborumque latebras mellificant.

Quod superest, ubi pulsam hyemem Sol aureus egit
Sub terras, cœlique æstiva luce refulsit,
Illa continuo saltus, sylvæque peragrans,
Purpureosque metunt flores, & flumina libant
Summa leves: hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidoque fovent: hinc arte recentem
Excludunt ceras, & mella tenacia figunt.

Aqua. Ex Anonymo.

Una, eademque aqua in diversas plerumque se immutat species, ut inter arenas flava, inter cautes spumica, inter nemora viridantior, inter florulenta discolor, inter lilia fulgentior, inter rosæ rutilantior, in gramine liquidior, in palude turbidior, in fonte perspicua, in mari obscura assumpto colore, quibus influit, decurrit. Rigorem quoque pari ratione commutat, ut inter vaporantia ferveat, inter umbrosa frigescat, Sole repercussa exæstuet, nivibus irrigata glaciali nitore canescat.

Arbor.

Quid vel ad aspectum jucundius, vel ad capiendam voluptatem indulgentius, vel ad æstivum depellendum calorem hospitalius, quam arbor patulis diffusa ramis virentibus, comata frondibus, virgidiq; e pomorum recurvata ponderibus? Hujus namque radices hærent rupibus, & scopulis, aut tendunt sub telluris viscera: truncus nodoso circumductus ambitu in maximam crassitiam seseferit: rami flexuosis complicati anibagibus, quasi in mutuos tendentibus amplexus, modo in se ipsos redeunt, modo per aëra spatiantur: frondes leniter ventilatæ spirante Zephyro susurrant: poma è viridi in luteum transcuntia colorem turgescunt. Aviculæ interea ab his in alios volitant ramos, ac tenera gutturis inflexione modulantur. Denique nihil est, quod voluptatem non patiat: ramorum, & frondium opacitas aspectui, pomorum maturitas saporis, gemmarum Zephyri susurrus, & crebræ avicularum cantilenæ aut bus blandiuntur.

Arbor ignea.

Insigni plerumque Lustanis est spectaculo confecta ex arundinibus sulphureo pulvere refertis arbor, in truncum, ramos, ac frondes miro figurata officio: quippe ubi admoveatur sacula, rapiunt illico frondes incendia: dumque per totum corpus descendit, ac volutatur pestis, ignea subito devagatur procella, ignito rami curvantur pondere, flammifero gemmae producuntur à corti

corrice, ingemurato stridore crepitant solida, ventis
assibilantibus concitata rebobant cacumina: Demum ite-
rata evomuntur favilla, globi flammam emergunt, un-
dantique vertigine in odore lambitur aether, modo torquen-
tur in caelum jacula: caelum jam crebris ignibus grandia-
nat, jam conglobatis nubibus tenebescit.

Arbor ignea.

Ex Famiano lib. 2. prol. 6.

Arbor it in flammis, proque uno fulmine reddit
Fulmina mille, sagittiferoque irata maniplos
Explicit, hastatoque suos, hastaque micantes
In caelum movet: at clypeo septemplice caelum
Obitat, & ad terras ea tela recessa remittit.
Illa quidem redeunt, animalaque per aera fundunt,
Sulphureas animas, crepitantque e imbre queruntur
Victa mori, atque atro peragunt sibi funera fumo.

Arbor.

Ex Maffeo lib. 11.

Arbor ad pyri similitudinem accedit: fructus mala
Persica quatenus imitatur. Florent quo tempore ibidem
alia quoque planta, & herbae varii generis, & quibus u-
niveris mirificus odor, incomparabilis cujusdam suavitatis
existit. Ubi desloruit, maturefcens pomum paulatim e
viridi tum caruleas, lateasque, tum purpureas, & ignea-
s transit in maculas, quales in aere caelesti cum volup-
tate miramur; atque eo ipso tempore psittaci, & aliae
nobis ignota aves eximiae pulchritudinis, ad gratissimum
sibi patium advolantes, argent oblectationem, cum fo-
lia, & fructus alites ipsae variis colorum picturis in certa-
men usque luxuriant.

Arx munitissima.

Ex Maffeo lib. 11.

Excelsa, & undique abscessa est rupes, quae ab satis la-
to fundo fastigiatur ad summum; unde ad fungi maxi-
me speciem, circumquaque prominat labrum, mille fere
passuum ambitu, ex quo subjecta quoque ita lustrantur
oculis, ut nullus circa latebris, insidiisve sit locus. Intra
ejus projecturae planiciem regia tecta, cum capacissi-
mis daabus cisternis, & ornatissimo templo, caenobio-
que videntur. Accedit agri, quod probe cultu in annuū
quingentorum fere hominum alimentu sufficiat.

Arx multiplex oppugnata.

Ex Oratore Gallo.

Accedant recentes omnes expugnatores arcium, &
ampliati rerum gestarum amplificatores, suas expedi-
tiones conferant cum obsidione Rupellae. Verrucam ja-
ctant, unum scilicet terrae jugerū, de quo quis viso dice-
re potest, ubi est? Ostendam suam ostentant, illudne re-
ceptaculum paucorum de navi hominum, & exilium
piscatorum? Rhodum insulam memorant, sed in excep-
tam, & Christianorum Principum auxilio destitutam
Jullodunum asserunt, sed vasto murorum ambitu difficile
ad tendendum. Melitam praedicant, sed belli casibus supe-
riorem. Viennam loquuntur, sed inexpugnabilem So-
liniano. Metas celebrant, vere metas, quas antiquo o-
pere male munitas Carolus V. centum armatorum milli-
bus fretus non potuit transgredi.

Arx Rupellensis.

Idem Orator prosequitur.

Nos Rupellam dicimus expugnata a Ludovico, cae-
teris omnibus insuperabilem: Rupellam, inquam, non
vastam amplitudine, non desertam infrequentia, non
pressam angustia, non rudi defensionem milite: sed in re-
gni finibus sitam, confederatamque gentibus finitimam,
omnibus belli praesidiis opportunam, veteri quidem
sed multo magis recenti munimine formidandam: cu-
jus portus non sit accessus, fossaque quaesitus, ut An-
tuerpae; non incommodus, & difficilis, ut Jecius; non
periculosus, ut Ostenda: non vastus, ut Gratiae sinus;
sed tum loci natura, tum arte omni firmatus, ut incer-
tum esset, plus naturae deberet, an arti, dum ars natu-

ram superasse, natura nullum arti locum reliquisse videre-
tur.

Avarus. Vide Dives.

Aula Regis Zamorini.

Ex Maffeo lib. 1.

Stratum erat pavementum serico heteromallo viridit
parietes vero bobicina peristromata intexto auro ma-
gnifice vestiebant, ligneis gradibus affabre factis in theatri
formam circumquaque eminentibus: ea procerum subse-
lia sunt.

Aula Pici regis.

Ex Virg. Aen. 8.

Tectum angustum, ingens, centum sublimi columnis,
Urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horreadum sylvis, & religione parentum:
Hic scepra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum.

Aulaum. Vide Peristroma.

Aurora.

Ex Anonymo.

Cum uxor Tithonia eximio Regiae fratris honore au-
reus stipata nubibus, amicum terris caput crexerit; & igne-
no sublimis carru caelum obequitat, die jam primu
albescente lucidus vernat aer, tellus ridet florida, vitro
aemulae radiant undae, petulci lasciviunt haedi, versico-
lores cantillant aviculae, & gestiens plaudit orbis, tum
vel maxime, quando Solem aureo excipit gremio, ac pu-
nicis stipata nubibus ipsum parurit.

Aurora.

Ex Virg. Aen. 7.

Jamque rubescebat radiis mare, & aethere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
Cum venti posuere, &c.

Et lib. 9.

Et jam prima novu spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;
Jam Sole infuso, jam rebus luce relectis,
Turnus in arma viros, &c.

Aurora.

Ex Statio Theb. 12.

Tempus erat, junctos cum jam soror ignea Phaebi
Sentit equos, penitusque cavam sub luce parata,
Oceani mugire domum, seseque vagantem
Colligit, & motu leviter fugat astra flagello.

Aurora.

Ex Silio Ital. lib. 4.

Condebat noctem de vexo Cynthia curru,
Fraternis afflata rotis, & ab aequore Eos
Surgabant roseae media inter carula flammulae.

Aurora.

Ex Ovid. 1. Eleg.

Jamque pruinosos molitur Lucifer axes,
Inque suum miseros excita ales opus.
Jam super Oceanum venit a senio marito,
Flava pruinoso quae vehit axe diem.

Animumus. Vide Anni Partes.

B

Barbarus.

Ex Anonymo.

Cerne barbarum, ad ipsarum etiam stuporem p-
dum rusticum: ut est truci vulnū, hirta barbā, neglecte
capillo, nigris dentibus, colore fusco, & ab imis ungui-
bus ad usque supremum verticem stipes: utque omnem
feritatis excedat effigiem, compactis, firmisque mem-
bris; & opinta cervice prodigiose deformis.

Beatus ex omni parte nemo.

Nemo mortalium ita numeris omnibus absolutus est,
ut omni navo, & defectu careat. Quidam enim, etsi ca-
leganti facie conspicuus, ac coeceni corporis habitu
prae-

præditus sit, animum plerumque corruptis moribus, & pessimis voluptatibus deformat: quidam, etsi membrorum viribus polleat, tamen despondens animum inter pericula deficit, alius animi magnitudine excellens turpi, & inhonestâ facie dedecoratur: alius, postâ quantumvis oris speciei, integris moribus, virtutum robore, & animi magnitudine valeat, laborat tamen errore mentis.

Cernes alios vultu corporis mole formidandos, monstrosos, ut Polyphemum: alios militaribus diu plenis instructos, bellicisque facinoribus egregios, sed altero oculo viduatos, ut Philippum Macedoniae regem, Annibalem Carthaginensium Imperatorem, Cochitem Romanum militem. Videbis quosdam vel insignes poetas, ut Homerum, & Stesichorum, vel excellentes Philosophos, ut Democritum, & Atelepiadem, vel in maxima dignitate collocatos ut Appium Claudium, C. Drusum, Justinum, & Constantium Copronimum Imperatores, sed hos omnes oculis penitus orbatos: quosdam vel generis nobilitate claros, vel optimis disciplinarum facultatibus instructos, ut Epictetum, Colomanum, Androclidem, sed omnes claudos: hos denique plurimos animi, & mentis dotibus commendabiles, sed externâ corporis habitu, & vultus specie deformes, ut Broteum, Tersitem, & Socratem philosophum; illos liberali facie, & decenti corpore ad elegantiam compositos, sed imbelles, molles, effeminatos, ut Lycratem, Barralum, Aristophanem, Sardanapalum: O fragilem vitæ conditionem! O teterrimas naturæ humanæ calamitates!

Bellum metuendum.

Quanta sit ferocientis Martis sævitia, quantus armatæ Palladis impetus, quam dira conferti prælii facies, nemo satis unquam exponet. Quid enim bellò sævius, quid truculentius, quid exitialis? Sive consistente utrinque militum acie, inter equorum hinnitus, tubarum clangores, & tympanorum strepitus, campis ferveat armatis peditum, equitumque cohortibus, armatorum fulgor vibratum à Sole splendorem repercutiat, debilesque tuentium oculos perstringat: sive jam conferente manus exercitu, mutuis confossi vulneribus milites occumbant, repletaque cadaveribus flumina non se possint in mare evolvere, sed mixtâ corporum, & sanguinis alluvione restagnent.

Interim verò, qui morientium gemitus, & suspiria! Quæ vulnerorum rabies! Quæ devictorum trepidatio! quæ victorum protervitas, & insolentia! Gladii, & spicula umbonibus retusa strepere: aër missilibus inumbrare! Campus sanguine rubescere! Victor exercitus oblectantibus necesse inferre, fugientibus insitare! Denique cuncta in summa rerum perturbatione versari, objectâ necis imagine horrere!

Bellum Difficile. Ex Oratore Gallo.

Bellum illud aliquando confestim, ad quod unum toto sæculo communia omnium vota, privata singulorum studia, publica comitorum consulta, sacrorum augusta solemnia, Regum expeditiones innumera, Cultorum terrarum, marisque contentio præriorum, belli, pacisque quotidiana consilia, Republicæ demùm totius rationes, motus, sensus universi referrebantur: nequis posset ambigere, quin hoc uno cardine fortuna civium, fores Gallie, majestas Imperii alteretur.

Bellum. Ex Virg. Æneid. 7.

Tum verò ad vocem celeres, qua buccina signum dedit, raptis concurrunt undique telis indomiti agricola: nec non & Troia pubes Aescanio auxilium castris effundit apertis. Direxere acies: non jam certamine agresti, Supitibus duris agitur, sudibusve præstitis; Sed ferro accipiti decernunt: atque late Horrescit strictis seges ensibus; atque fulgent Sole læcessita, & litem sub nubila jactant.

Bellum ex Saiso.

Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,

Ense minax ensis, pede pes, & cuspe cuspis, Excludere diem telis, stant ferrea cælo Nubila, nec jeculis ætæatus sufficit aër. Hi pereunt missis, illi redeuntibus hæntis, Concurrunt per inanem fudes, & mutua peridunt Vulnere, concurrunt hæntes, stridentia fundâ Saxa pluvium, volucres imitantur fulgura glandes.

Bucephalus.

Ex Q. Curtio lib. 6.

Nec in dorso suo patiebatur alium; & regem, cum vellet ascendere, sponte sua genua submitticis excipiebat: credebatur sentire, quem veheret. Erat autem Bucephalus equus formâ spectabilis, atque formosissimus, quæ Phœnicus Thesalus Philippo tredecim talentis emerat.

Bucephalus. Ex Plinio lib. 8.

Eidem Alexandro equi magna raritas contigit: Bucephalum eum vocarunt, sive ab aspectu torvo, sive ab insigni taurini capitis armo impressi. Neminem hic alium, quæ Alexandrum regio instructum ornatum recepit in sedem, alios passim rejiciens. Vulneratus Thebani oppugnatione in alium transire Alexandrum non passus.

C

Cadaver.

Nunquam magis tetra, & horrida visâ mors est, quæ ex indiciis illius corporis, in quod sævum insperatum profudit, ac immani lamina defecit. Quid horrida cadaveris species? Eritne aliquid vel odore tetrius, vel aspectu terribilius, vel contagio pestilentius? Proh dolor! Jacent incomposita membra, rigidi pedes, projecta brachia: declivis languet cervix, insolita vultum deformat macies; oculi infra calvaria meatus recedunt, supercilia deficiuntur: vividus color vultum deserit: nullus denique in ore lepos, nullus in corpore habitus.

Cadaver. Ex Silio Italico lib. 12.

Solvitur omne decus letho, niveosque per artus It Stygius color, & foras populantur honores, Ambrosia cecidere comæ, violataque cervix Marmoræum in jugulum, collò labente recumbit.

Cælum. Ex Conimb. 2. Phys. 6. 9. 1. 4. 1.

Idem multo evidentius confirmat cælestis mundi machina inferiorem mundum suo amplexu non solum continens, sed fovens; illi stellarum suda nocte collucentes oculi, illa tor sphaerarum inenarrabili celeritate conversis, ille planetarum ad eadem loca redeuntium cursus, illud Solis jubat suo accessu, & recessu annuus varietates inducens, idemque quotidianò ortu, & occasu diem, ac noctem conficiens. Quare si ii, qui sphaeram ab Archimede extractam videbant, non dubitabant opus illud excellenti ingenio esse perfectum, quis ita mente excutiat, ut neget tam mirabile officium divinâ ratione, & arte fuisse compositum?

Calamitas magna.

Ex M. Tullio tom. 1. Pro Publio Quintio.

Quid agendum est? Cujus hominis fides imploranda est? Qui denique questus, qui mæror dignus inveniri in calamitate tanta potest? Miserum est exturbari fortunis omnibus, miserius est injuria; acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbius à propinquo: calamitosum est bonis eventis, calamitosius cum dedecore; funestum est à forti, atque honesto viro judicari, funestius ab eo, cujus vox in præconio questum præstitit: indignum est à pati vinci, aut superiore, indignius ab inferiore, atque humilliore; luctuosum est tradi alteri cum bonis, luctuosius inimico.

Calamitates vitæ humanæ.

Quantis homo sit obnoxius calamitatibus, quæ gravis, & acerba sit humanæ vitæ cōditio, nullus profecto cognitione assequetur, nisi qui uniuscujusque ætatis cursum probè agnovit, quæ ratione infans in lucem edatur, utq̄ adolescat, utque senio opprimatur, ac tandem farò concedat. Horam enim nullam videbit aut dolore vacuam,

quam, aut labore, solent, apti metu liberant; in summa
penque vite brevitate vis ingens maiorum circinqua-
que vellet, laborum labor ex ipis, dolor ex dolore, ne-
ditur, in orbis in orbis, assecati, marcorum, atque lecti
gravior quidam inctus saepe consequitur: infinita cura,
molesta, tenentur animam per vagantur, eumque fran-
gunt, atque ceblitant.

Quanto in vitam recenter editi, quae cura, nutrices,
ora, solent, patientes, afficit, quae pericula sunt infan-
tibus in ente, quae morborum vis, & multitudine in illa te-
nera, & in beculentate, conferunt, invehitur, idcirco
vita exordium a sterni dicimus, devinctisque membris om-
nibus in terram abjecti labores immensos, quasi a plorati-
bus aspicantur.

Quando adolecentes, aetate progressi mem, & cupi-
ditate magis, vel magis turbati incipiunt: antequam ad
pubertatem, vel iuventutem perveniant, universa malorum
omnium vis existit, miseris homines exagitat, ac de
statu mentis praecipitat. Hinc enim acerbi amores in-
vadunt; inde turbulenta dissidia statim animi convellunt.
Quid, cum voluptates multis doloribus empta, ca-
eco, quasi naturam impetu prosterunt? Quid, cum domi-
nandi libido inflamat animu? Quid, cum invidia eundem
conficit, atque consumit? Quid denique, cum varia, mul-
tiplex, ac insinua cupiditas omnem vim suam profundit, hu-
manamque naturam omnibus moribus opprellam, ac impe-
dit dilacerat?

Adde, si lubet, nuptiarum molestias, familiae labe-
s, vitae sollicitudines, fori contentiones. Adde laeicam anti-
corum fidem, sociorum prodiciones, rerum civilium tur-
bines, atque procellas. Adde caedes, insidias, supplicia,
et decus, & ignominiam, & reliqua mala, quibus vita
florens vel momento temporis, quasi turbide tempstatis
impetu, jactatur, vel in summa laborum omnium conten-
tione obruitur.

Calamitates vite. Ex Virg. 7. Georg.

Optima quaque dies miseris mortalibus avi

Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus,

Et labor, & dura rapit inclementia mortis.

Callidus. Vide Vesipellis.

Campus. Vide Elysi. Pratum.

Cantus, & Chorea.

Nemo est, qui neget frequentissimo fuisse in usu apud
vereres tum musica, tum choreas, ut vel merorem de-
jellerent, proflumque sollicitudine animum laxarent,
vel post epulas, aut in aliqua felicitate laetitiam prode-
rent. Imo Virg. Aeneid. 6. felices canit in Elysiis eos,
qui ludo contendere, choreas agere, lyras percutere, ac
recitare cantilenas solebant.

Pars in gramineis exercere membra palaestris.

Contendunt ludo, & solva luctantur arena.

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos.

Obloquitur numeris septem discrimina vocum;

Janque eadem digitis, jam pectine pulsabat utro.

Capillus.

Ex Apulio lib. 2. Met.

Quid, cum capilli color gratus, & nitor splendidus il-
lucet, & contra solis ac em vegetus fulgurat, vel placi-
dus tendit aut in contrarium gratiam variat aspectu, & huc
annu coruscans in mellis lenem deprimitur umbram:
nunc corvina nigredine carnis columbarum sterculos a-
mulatur? vel cum guttis Arabicis obunctus, & pectinis
arguti dente tenuis discriminatus, & pone versum coar-
ctus, oculis occurrens instat speculi reddidit imaginem
gratiose? Quid cum frequenti sobole spissus cumulat
verticem, vel prolixa serie porrectus dorsa permanat?
Tanta denique capillamenti dignitas, ut quanvis auto,
gemis, cum quo cetero mundo exornata mulier incedat, ta-
men, nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri.

Chamaeleon. Ex Solino cap. 53. n. 40.

Per omnes Asiae Chamaeleon plurimus, animal
quadrupes, facieque lacerta, nisi crura recta, & longio-
ra ventri jungerentur, proluxa cauda, & eodem ad verti-
gine torta, hanc magnae subtili aduacitate, incessus
piger, & ferè idem, qui testudinum, motus: corpus asperu,
& curum, quale in crocodilis deprehendimus, si odu-
di oculi, & recessu concavo introrsum recepti, quos
nunquam nictatione obambit. Visum denique non cir-
cumlatis pupillis, sed obrutu rigidi orbis inteat. Hiatus
ejus aeternus, ac sine ullius usus ministerio, quippe cum
neque cibum capiat, neque potu alatur, nec alimento aliq,
quam haustu aëris, vivat. Color varius, & in momento
mutabilis: ita sit cuiuscunque rei se coimixerit, conco-
lor ei fiat: colores duo sunt, quos fingere non valet, ru-
ber, & candidus, ceteros facit mentitur. Corpus, penè
sine carne, vitalia sine liene, nec nisi in corculo pauhil-
lum sanguinis est. Latet hyeme, producitur vere. Im-
petibilis est coraci, a quo cum intersectus est, victorem
suum perimit. Nam, si vel modicum ales ex eo comedat,
rit, illico moritur.

Civis optimus. Ex M. Tallio tom. 1. Verr. 7.

Non vereor de tali viro ne plus dicam, quam vos autè
sentiat, aut apud vos commemorari velitis: quapro-
pter hoc dicam, nunquam ejus auctoritatem nimium va-
lere, cujus prudentiam Pop. Rom. in cavendo, non in
decipiendo prospexerit: qui juris civilis ratione nunquam
ab aequitate se junxerit: qui tot annos ingenium, laborem,
fidem suam Pop. Rom. propria, expositamque prabuerit,
qui ita iustus, & bonus vir est, ut natura, non disciplina
consultus esse videatur: ita peritus, & prudens, ut ex ja-
re civili, non scientia solum quaedam, verum etiam bonitas
nata esse videatur: cujus tantu est ingenium, ita prom-
pta fides, ut quidquid inde haurias, puru, liquidumque re-
haurire sentias.

Civitas expugnata.

Quid inuolatus, quidve terribilissimae ur-
bis eversione? Ut pedè in urbe firmat hostis, templa di-
ruit, everit domos, ad poenam exigit oppidanos, omnia
ferro flammâque depopulatur. Interim qui gemitus, quae
suspiria civiu? quae protervitas, quae sevitia hostium?
Sacrosancta profanis miscere, cadaverum verenda se-
pulta a temeritate, viros, feminas, pueros, & senes nu-
lo sexus, aut aetatis discrimine ingentibus cladibus, &
cruciatibus afflicere; omnia deniq sacrilegia, latrocinia,
& impietate sevo naturae impetu, ac libidine metiri.

Civitas expugnata Troia. Ex Virg. Aeneid. 2.

Quis eladem illius noctis, quis funera fando

Explicet, aut possit lachrymis aquare labores?

Urbs antiqua ruit multos dominata per annos:

Plurima perque vias sternuntur inertia passim

Corpora, perque domos, & religiofa domoru

Limina: nec soli poenas dant sanguine Teucris.

Quondam etiam victis redit in praecordia virtus;

Victoresque cadunt Danai: caedelis ubique

Luctus, ubiq pavor, & plurima mortis imago.

Vide Urbis depopulatio.

Civitas inexpugnabilis Rupella. Ex Oratore C. Val.

Hostis erat vincendus ille, qui suo ingenio semper
elatus, nunc certe longo victu suarum usi, & fortitu-
dinis experimento, supra modum tumidus, cerè sibi
se oper de victoria, quam de praelio videbatur. Erat
communis omnium sensus Rupellam temeritate, &
dacia tentari posse, nulla arte, aut machinis capi posse,
quae hinc arduis quidem propugnaculis fessa praecipiti,
pendenti vallo, continuato aggere, lenta palude, moti-
tione multiplici inclusa esset; illic vero latissimo, altis-
simoque freto munita, cui projectae turres incumberent,
& obpeterentur portae, transverse cratibus, horrenti fer-
ro, armatis navibus, ferilibus tormetis, inevitabili cate-
na vallata: adeo multiplici carcere debuit, antequam

nore.

procerentur, includi rebe'ho? Quae se virtute tueri non potuit, debuit machinis, & quaestra munitione defendere. Civitas o'fessa, & oppugnata. Ex oratore G. illo. Quinquaginta millibus annatorum Rupellenses obsidentur, tormentis sexaginta, nulla intermissione militum quatientibus, urbe oppugnabatur: parte alia sustoditur, alia quassatae, fit labes ingens, & a vetusto urbis fonte ad Evangelij propugnaculum, quod vocant, maxima lacrimatur: turris Cognensis a fundamentis evortitur, novies in urbem irrumpitur, novies Rupella collata in unum omnium signa sustinet. Quid tandem? Cecidit irritum totus ille, quam magnam fuerat, apparatus: stetit Rupella nondum bene degustata, fusa obsidentiam copiae, mutilati non pauci, trucidati innumeri, obtrita i. acies, laceata proxima, tertia postrema.

Civitas obsessio. Vide obsessio. Civitatis Troiane domus regia oppugnata. Virg. 2. Aeneid.

Protinus ad sedes Priami clamore vocati, hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam. Bella forent, nulli tota morerentur in urbe. Sic Martem indomitum, Danaosque ad tecta ruentes Cernimus, obfessumque acta, testudine lumen. Herent parietibus scalae, postesque sub ipsos Nituntur gradibus, clypeoque ad tela sinistris Protecti objiciunt: praesent fastigia dextris.

Columba. Ex Ramires de Concept. n. 45.

Rapit oculos columbae pulchritudo: candore argentum provocat, auram flavescere dorso: quot colli plumas gyrat, tot lucis flores rotat, imo tot gemas; nunc roseos pyropos vibrat, nunc hyacinthos amethystinos: jam caerulea vernat in sapphirus, jam in topazios pallidula ananatur: punica grana protenduntur in rostru, & in calceos coralia subternuntur: grata quiescit, salutat gratior, osculatur venusta: totas Veneris suae Charites probat non fabulosas.

Columba. Ex Philone, de temul.

Vidisti aliquando columbae cervicem radiis solis expositam, qua multus modis colores variet, puniceu, caeruleum, igneum, & carbunculi speciem referentem, pallidum item, & rubicundum, & alios omnigenos, quorum ne vocabula quidem memorare sit facile.

Columba volans. Ex Virgilio Aeneid. 5.

Qualis spelunca subno commota columba, Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi, Fertur in arva volans, plausumque exterrita pennis Dat tecto ingentem: mox aere hylata quiescit, Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas,

Congratulatio Regi victori. Ex Oratore Gallo.

Quid superest, nisi ut te superesse velimus imperio, Ludovice? Addant vires tuae Superi annos, quos patriae addidisse dent Ludovico sempiternum imperium; reddant se sempiternum imperio Ludovicum. Vivat nobis, vivat posteris, vivat omnibus: ferat vitam, quam rebelles amiserunt: aut si nobis debetur, haec aliquis tantae virtutis det Rex optimus, Iobolem se optimo meliorem, nequam unquam succedat in regnum, qui non ejus virtuti succedat, ferit.

Convivium. Ex Caesario lib. 11.

Non convivium dixisses, sed amphitheatrum quoddam voluptatum, in quod omnes sensuum cupiditates decertaturae convenerant. Primum quidem ad oculi lascivientis delicias composita coenatio, quidquid auri, argenti, & margaritarum usque am fuit, partim in vasibus, partim in simulachris, partim etiam in parietum ornamentis expendisse videbatur. Suae & tactui voluptatis fuerant, sed gustui primas omnes desererebant. Ita enim ut expleretur, bellum caelo, terris, & mari ad intercessionem usque fuerat indictum, ut ex omnium elementorum spoliis una mensa confunderet.

Convivium. Ex Virg. Aeneid. 1. Jam pater Aeneas, & jam Troiana juvenis Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro. Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis. Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo Cura penam struere, & stans adolere penates. Centum aliae, totidemque pares aetate ministri, Qui dapibus mentas onerent, & pocula ponant.

Convivium. Quid referam infandas elades, & lamentabiles regionum depopulationes, quas peperit nata ex convivio, & comestationibus satietas? Quid memorem ingentes militum copias, quae nimio cibo, & vino dedita inopinatio hostium adventu oppressa inter epulas conciderunt? Quid ruinas, & excidia praclarissimarum urbium, quae suorum vigiliam, aut civium ignava compositione ab hostibus captae, direpta, & funditus evertae sunt. Testes Cymbri, populi bellaces, qui cum Teutonibus, atque Tigurinis ab extremis Galliae profugi Italiae in conatibus invaserunt, ut primis impetu Syllanum ducem, secundis Manilium, tertis Scipionem fugerent, & castris exerent: actumque esset de Romano imperio, nisi Marcus sagacissimus illi saeculo contigisset, Hic enim gentem ferocissimam, quae penetraverat in Venetiam Sylvam, quo fere tractu Italia mollissima est, & sepe delicatus epulis, crebrisque comestationibus traderat, ita opportunè aggressus est, ut uno impetu quadraginta milia trucidaverit. Testes Calenses, quos militans studii oblitus Romani vino, dapibusque gravatos oppressere. Testes populi Marsum, quorum exercitus non ad vallos excubans, sed mensis accubens ab hostibus inopinatio ingruentibus fusus, & profligatus est.

Quid pulcherrimae civitates? Troiam post fallacis equi receptionem, somno, vinoque sepultam Graeci invadunt, diripiunt, incendunt. Capuam Samnites, gratis somno, epulisque incolas, ea felicitate adorantur, ut facile sub ditionem redigant. Cumaeam suorum incuria civium epulantium hostes capiunt, & evertunt, Solyman urbem, traditis somno, vinoque custodibus, ingressi hostes domos subruunt, templa profanant, cives absque ullo aetatis, & sexus discrimine trucidant, omnia ferro flammaque depopulantur.

Cura aprocos. Quando viri cujusdam animo pendens mentem dubiam variis obversantium cogitationum turbines distrahit, nihil est, quod alicuius curis animum levet; nihil, quod incubantem menti caliginem discutiat; nihil, quod vehementis doloris acerbiter leniat. Ingeminat idem dolor, tenebrosus ingruit mæror, sola instantis periculi meditatione ingravescente.

Cyranus aesus. Ex Virg. Aeneid. 8. Talia per Latium; quae Laomedontius heros Cuncta videns, magno curarum fluctuat aestu: Atque animum nunc huc celetem, nunc dividit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia versat, Sicut aquae tremulum labris ubi lumen athenis Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunae Omnia peryolit late loca: jamque sub auras Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.

Ex Claudiano 2. Ruff. At procul exanguis Ruffinum percussit horror. Infecta pallore genae: stetit ore gelato Incertus, paterque fugam, venianne subactus



Potescent & an tantos sese transferret in hostes?
 Addit iter, numeratque dies, spatioque viarum
 Molitur vitam, torquetur peste futura:
 Nec recipit fomnos, & sæpe cubilibus amens
 Excutitur, pœnamque luit formidine pœnæ.

D

Delicia virinum expugnatrices.

Adde voluptatis eam esse conditionem, ut quasi pe-
 stifera tabe sensus permeet, nervos frangat, vires debi-
 liet, robur atre at, viriles animos emaculet, ardorem-
 que militarem prorsus extinguat. Hinc Samius ille Py-
 thagoras, cum vellet à republica omnem prorsus volu-
 ptatem exigere, dictitasse fertur, in civitatem primum
 irrepisse delicias, mox saturitatem, & deinde violentiam,
 postremò exitum. Quam enim civitatem nulli hostes
 vastare, nulla vis frangere, aut debilitare potuerat, vir
 prudentissimus verebatur, ne serpens voluptas corrumpere-
 ret, ac profligaret.

Hinc Persarum sagacissimus Rex Artaxerxes, cum
 probe nosceret nihil præclarum, nihil decorum, & ho-
 nestum geri posse ab iis, qui sese voluptatibus, ac deli-
 ciis emancipant, Babylonios ferocissimos, qui jugum
 frequentè excusserant, & nullâ vi deditioem suæ ci-
 vitatis facere cohebantur, ubi tandem redegit in pote-
 statem, deliciis assuefecit, manicatis, sinuosisque vestibus
 ut permisit: quoniam etiam iussit, ut tibiis, ac citharis, vario-
 que musicis concerta demulcerent animos, lautissima ce-
 lebrarent convivia, ut deliciis fracti omnem defectionis
 spem abjicerent.

Ex M. officio lib. 4. De Lusitanis.

Pene portentosi simile videtur, adeo masculinum nuper,
 ac durum genus ad Centostam brevi defluxisse vesti-
 um apparatus, conviviorum elegantiam, & exquisitam,
 ac lautæ suppellectilis instrumenta. Sed nimirum quæ
 soli ubertas, & affluens copia rerum omnium ad Capu-
 an Pœnos, in Græcia, Syriaque Romanos emolluit,
 eadem in Oriente per Indorum, Sinarumque commer-
 cium, variis captos voluptatum illecebris Lusitanos in-
 fregit.

Delicia Verris.

Ex M. Tullio Verr. 7.

Nam, ut mos fuit Bithyniæ Regibus, lectica hexa-
 phoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus Meli-
 tenti rosa factus: ipse autem coronam habebat unam in
 capite, alteram in collo, reticulamque ad nares sibi ap-
 plicabat tenuissimo lino, minutis maculis, pleni rosæ.

Delicia us, Vid. Pulcher, Blandus.

De delicia Gangi similis.

O vere paradisi, & vere beata Academia. quam irri-
 gat Ganges, optimum, & expressam Dialecticæ simula-
 crum; Ganges enim (inquit S. Pagina) circuit omnem
 terram Hevilath, ubi nascitur aurum. Ganges igitur flu-
 ensis Mæandris, & tacitis aquarum circumfluentium
 ambagibus in regione illa latentes viarum errores molli-
 ter intercipit: Dialectica eos constat syllogismos pro-
 positionibus ita per ambitum, & veluti circuitum dis-
 positus, ut quoslibet in scientias obrepentes latent er-
 rores deprehendat, vel etiam minima errorum pericula pe-
 nitus obruat, & submergat.

Ganges suo illo mirabili ambitu, & circuitu ab ipsis
 locis, quos aluit, mutuatur vicissitudines: ita ut inter
 a thores, & nemora frondeat, ac virente herbarum ve-
 st ita luxuriat, inter scopulos, & excelsas rupium latebras
 fiat asperius, in puro camporum æquore decurrat licet-
 tius: denique in vallibus deprimatur, in collibus supi-
 netur, in speluncis delirescat. Haud secus Dialectica, ab
 ipsis scientiis, quas pervagatur, omnigenam mutuatur
 nobilitatis, & pulchritudinis varietatem: in Physica in-
 tra sensibilis materiæ exiguos fines quodammodo repit,
 ac gemit coercita, & angustata; in Metaphysica afflu-

git superior, & veluti è sordibus emergit, omni jam a-
 terie decusso pondere pernicior: in Astrologia cælum scan-
 dit, volitatque supra sidera: in Theologia denique jam sa-
 crator, & divinitus associari gaudet cœlitibus, investigare
 arcanæ stupremi Numinis, ejusque innumeras, & mirabiles
 perfectiones explorat.

Ganges denique fluvius aurifer terram illam circuit,
 ubi nascitur aurum. O vere auriferam Dialecticam! O
 vere preciosissimi auri genitricem! Nemo dubitat sci-
 entias auro per quam similes, in ipso auro adunatas,
 & expressas: nemo scientias omnes Dialecticæ ope, ac
 beneficio comparari.

Divus avarus.

Ex Favianio lib. 3. prol. 3.

Hominem illiberalem, perparce parcum, ovarum,
 sordidam, rapacem, hiulcum, mivivis, & aquilinis un-
 gulis animadvertit. Is cum it dormitum, sollem, quo
 excitare igniculum solet, obstringit ob gulam, nequid
 animæ amittat: aquam plorat, cum se lavat, protunde
 re: quia ei pridem tonsorungnes demiserat, collegit, &
 omnia abstulit præfegmina. Quid verbis opus est? Ab
 hoc homine famem utendam si roges, nunquam dabit.
 Denique meticulosus, sollicitus, suspiciosus, observari
 ab omnibus putat, quo pecuniam loco conditam habe-
 at, ideoque excoelatos homines vellet: quibus uteretur
 oculos esse in occipitio. Vide Tenax.

Ex Horat. 1. Sat. 1.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
 Flumina; quid rides? mutato nomine, de te
 Fabula narratur: congestis ubique saccis
 Indormis inhians, & tanquam parcere scriis
 Cogit, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Domus.

Ex Favianio lib. 1. prol. 4.

Finge constructam ab artifice domum: jacta solides
 atque fundamenta credos sublime parietes: intus atria,
 perystilia, gradationes, conclavia, thalamos, antichala-
 mos: foris aperturas, limina, jugamenta, prædictio-
 nes, fastigiorum acrotæra, ornamenta coronatum, sub-
 gradationes, projecturas, membra omnia ædificii ex ar-
 chitecturæ legibus ita fabricata, ut altitudo ad perpendi-
 culû, angulus ad normam, longitudo ad regulam, lineam
 que respondeant.

Duellum Lusitani cum Barbaro.

Lusitanus, & Barbarus quidam in eandem forte navim
 consenderant, vitibusque uterque pollens, & tentandi
 roboris avidissimus: sed priorem Barbarum pugnantem in-
 tempestiva cupiditate incescit: igitur Lusitanum provocat ad
 manus exarmata congressum: duellum minime detre-
 dat Lusitanus; eâ tamen conditione, ut apertum corpus
 rudentis arbitrio objiciat, ipse postea non hostem, sed
 semetipsum percipiat. Stant legibus: prodeunt in arenâ.
 Prior Barbarus elata dextera illius stomachum graviter
 percussit, ac semianimum, vixque respirantem demisi-
 sit. Lusitanus longo post tempore ubi spiritum collegit,
 Barbarum adit, & illius apprehensam barbam (erat e-
 nim usque ad pectus proluxa) semel, & iterum sinistra
 manu implicuit: contractam mox dexteram sustulit. Cer-
 nere erat trepidantem hostem, & qua minis qua preci-
 bus istum declinare moliantem, cui noster: Ne trepidas,
 Barbare, mihi, non tibi insidendum est vulnus: ceterâ
 deinde pugnam in sinistram tantis viribus impregit, ut
 dejecto turpiter mento, malas sedissimè dissociaverit.

Duellum Lusitani cum Germano.

Ex Favianio lib. 2. prolus. 6.

Jam steterant ambo visuri, iudice ferro,
 Lusitanæ magis præsent, an Teutones armis:
 Largus uterque animæ spes huic cû corpore crescit,
 Illi decrevit contracta in mole tueri di
 Cura sui, multumque videt, quod in hoste laborat.

Jamque manu ferale rubens effulserat ensis,
Extremoque artus ani nostum frigus habebat;
Cum subito à tergo crescit fragor: armaque miles,
Arma, subit muros, & portas subruit hostis:
Urbem bellam intrat. Convertit lumina Teuton,
Scandentemque videt, superantemque ardua Thracæ
Mœnia vexillumque manu Lunare. ge. eutem:
Stat dubius cui bella terat, cui d.fferat iram,
Lusademque tuens, & amato nubilus ore,
Eripit, exclamat, nih. te fortuna, videre,
Vane, quid hoc posset (sineret modo patria) ferrum.
Alter ad hæc anceps, & formidabile ridens,
Ense darem (& soleo) respoſta libentius, obſter
Ni commune malum.

Dux optimus Pompeius.

Ex M. Tullio tom. 3. pro Corn.

O nomen nostri imperii, ô populi Romani excellens
dignitas, ô Cn. Pompei sic larè, longèque diffusa laus, ut
ejus gloria domicilium cõmunis imperii finibus termi-
naretur: ô nationes, urbes, populi, Reges, Tetrarchæ, ty-
ranni, testes Cn. Pompei non soiu virtutis in bello, sed
etiam religionis in pace: vos denique, mutæ regiones,
imploro, & sola tetrarum ultimarum: vos, maria, por-
tas insulæ, littoraque: quæ est enim ora, quæ sedes, qui
locus, in quo non extent h. jus cum fortitudinis, tũ ve-
rò humanitatis, tum animi, tũ consilii expressa vestigia.

Dux optimus C. Caesar

Ex M. Tullio tom. 3. pro Rabinio.

Multas quidem C. Caesaris virtutes, magnas, innume-
rabilesque cognovi: sed sunt cetera maioribus quasi rhe-
trici propositæ, & penè populi e.: castris locum capere,
exercitum instruere, expugnare urbes, aciem hostium pro-
fligare, hæc vim frigorum, hyememque, quæ nos vix hi-
jus urbis rectis sustinemus, excipere. his ipsis debus hoste
persequi, tum etiam cum fera latibulis se tegant, atque om-
nia bella jure gentium conqueſcant.

Idem de eod. in pro Marcello.

Soleo sæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris
usurpare sermonibus, omnes nostrorum Imperatorum,
omnes exterarum gentium, potentissimorumque popu-
lorum, omnes clarissimorum Regum res gestas cum tu-
is nec contentionum magnitudine, nec numero præli-
orũ, nec varietate regionum, nec dexteritate consuecendi,
nec dissimilitudine bellorum posse conferri.

Dux fortis, & clemens.

Ex M. Tullio tom. 1. Verr. 4.

Denique ille ipse M. Marcellus, cujus in Sicilia virtu-
tem hostes, misericordiã victi, fidè ceteri Siculi perſe-
pererunt, non solum sociis in eo bello consuluit, verũ
etiam superatis hostibus temperavit, urbem pulcherrimam
Syracusas, quæ, cum manu munitissima esset, tum
loei natura, terra, ac mari claudabatur: cũ vi. consilio-
que cepisset, non solum incolumem passus est esse, sed
ita reliquit ornatam, ut esset idem monumentum victo-
rie, mansuetudinis, continentia: cũ homines viderunt,
& quæ expugnasset, & quibus peperisset, & quæ reli-
quisset.

Ex Virg. Aeneid. 6.

Alpse, ut insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque vitos supereminet omnes:
Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Sistet eques sternet Pœnos, Gallumque rebellem;
Tertiaque arma Patri suspendet capta Quirino.

Dux laudandus.

Ex Oratore Gallo.

Unus tantum effecisti, quantum universi laudare vix
possint. Dicent alii pietatem illam spectabilem qua ex-
ercitui prælucebas: alii facilitatem scribent, qua toties
vincebas, quoties prodibas in aciem: alii prudentiam in
consiliis celebrabunt: alii fortitudinẽ in factis extollẽt:
multis conclusus, & subjugatus Oceanus, multis merſus,

& profligatus Anglus, omnibus Rupellæ fames, & finnis
occurret. Omnes potremo mirari poterunt te dixisse,
quod aliorum nullus attulerit, pauciora tamen ab univer-
ſis esse comprehensa, quã unus fecerit Ludovicus.

E

Eborensis Academia paradifus.

Eborensis Academia certè paradifus est, tũ quia jacer
prope illos beatos, & Elyſios campos, Olivor, olim Di-
vorum: diuturnitas enim temporis vocem corrumpit, tũ
quia sicut olim in primo illo paradifio Deus magister o-
ptimus parentes nostros scientias omnes edocuit, ita in
hac Academia optimi semper exiſtunt præceptores, qui
rudes hominum mentes scientiarum omnium facultati-
bus excolunt, & informant. Præterea nata olim in pa-
radifio scientia, mox decemſu temporum ob admiffa, &
ingeminata scelera me tribus hominum caligantibus pe-
nè suppressæ, & extinctæ, tandem non aliis præis gen-
tibus, quã Hispanis illuxerunt non procul ab Eborensi
ſolo inter fines Transſaganos, ita ut non ad Grecos, ut
aliqui ſomniarunt, sed ad Bætiacos, qui partim Iberis, par-
tim Transſagani ſunt, acquiſitæ scientia originem referant.
Ita Ammus Verbiensis ad 3. lib. Beroffi ex Strabone
ne lib. 3. Eos conſultite.

Eborensis.

Ex M. Tullio tom. 1. Verr. 7.

Ite Prætor severus, ac diligens, qui Populi Romani legi-
bus nunquam parvifecit, illis diligenter legibus, quæ in
poculis ponebantur, obtemperabat. Itaque erat exitus ejus
modi, ut alius inter manus è convivio tanquam è præſe-
aufe retur, alius tanquam occifus relinqueretur, plerique
ſuſi ſine mente, ac ſine ſenſu jacerent, ut quis cum ab-
perſet, non ſe prætoris convivii, ſed Cannentem pugnam
nequitia videre arbitretur.

Eborus.

Ex Caſſino lib. 7.

Hic simul atque ex prioribus choris diei, nimia cibi, ac
vini ſatietae vix meridiano tempore, ac plenus capu-
la est experiret, primò in oculis mero madid, ſub timore
obcæcatis, v. ſi gravidis lucem conſtanter intueri nõ
poteſt; deinde conſectis viribus, utpote cujus vena non
ſanguine, ſed vino ſunt repletæ, ſe ipſe erigere non va-
let; tandem duobus innixus, languidus, qui cubando ſit
deſatigatus, tunicatus ſine pallio, ſoleatus præ h. dolo,
pallioque frigus à capite defendens, ſexa, ceſſiſſe, in-
miſſis genibus, colore exanguis, protinus ex cubiculo le-
ctulo excitatus, in triclinium trahitur.

Ex H. var. 1. Epist. 5.

Quid non ebrietas designat? Opera recludit.

Spes j. bet esse raras, in prælia trudit inermem:

Solentis animis onus exitiit, addocet artes.

Forcundi calices quem non fecere disertum?

Contracta quem non in paupertate ſolutum?

Elephantus.

Ex C. Julio Caſſio.

Elephanti juxta ſenſum humanum intellectum habent,
memoria pollent, ſiderum ſervant diſciplinam. Luna
itaque creſcente ſegregatim aures petunt, & ſox aperſi
liquote, Solis acorum motibus, quibus poſſunt, ſalvantis:
deinde in ſanus revertuntur! Duo eorum genera ſunt,
nobiliores indunt magnitudo, minores nothos dicunt:
candore dentum intelligitur juvenata, quorum alter
ſemper in min ſeno eſt, alteri parciur, ne hebetatus
aſſidu tepereuſſu, minus vigeat, ſi fuerit aliquando di-
micandum. Cum venarum premuntur, pariter aſſigunt
utroſque, ut ebore donato non requirantur: hanc enim
ſibi cauſam periculi præſentiant.

Ex Jovio lib. 5. Eleg.

Sed elephantus aucta in ſtratus ſtragula, & turrito e-
phippio Iodos homines geſtans, in ſe admirantis populi
ora convertit, quum extenta proboscide, eaque nemini
noxia

noxia, & passa ad modulos tibiarum temperato, jucundissime lasciviret. Obstupere in tanta molis bella Romana in primis populus, & subarbanae gentes tam docile ingenium, humanisque adeo sensibus propinquum: quod magistri scepro ferreo imperantis vocibus pareret: veneratque Principem, & augustiore habitu homines certo gestu videretur; circumfusaque puerorum tubae adulari didicisset.

Ex Beroaldo ad eundem Epitaphium.

Monte sub hoc elephas ingenti contegor ingens,
Quem Rex Emmanuel, devicto Oriente, Leoni
Captivum misit Decimo, quem Romula pubes
Mirata est: animal non longo tempore visum
Vidit, & humanos in bruto pectore sensus.
At quæ fors rapuit naturæ debita nostræ,
Tempora, vos superi, magno accumulate Leoni!

Eloquens.

Quid tuum divinum, atque incredibile genus orationis? Omnibus tu naturæ, vel artis præditis, sive corporis habitus, sive mentis doctrina spectetur, ad dicendum paratus es. In te neque lingua hæsit, neque vox absonat; sermo minime languidus, & enervatus: vultus, motusque corporis minime vastus, & agrestis: sed temperata linguæ mobilitas, mitis, placidus acutus vocis sonitus, pro rerum, temporumve ratione modò lenis, vel iracunda, modò hilaris, vel truculenta oris species: ut manus, vultus, caput, & quæcumque in te sunt, ad orationum numerum venire credantur. Quid divinum illa orationis ubertate, sententia u lumina, verborum lenicinia, & pigmenta? Quam decoratè strunt verba? Quam graphicè colore et figura? Quam aptè in emittit apophthegmata? Quam placidè labitur eloquiū? Denique si ad totum oratorè oculos vertamus, quis cohortari ad virtutem ardentius, quis à vitis acris revocare, quis vituperare improbos asperius, quis laudare bonos ornatus, quis cupiditate vehementius frangere accusando potest? Quis mororem levare mitius consolando? Vide Orator.

Elysi campi.

Ex Luciani. lib. 2.

Convivium celebratur in campo, qui Elysius vocatur: etenim pratum est pulcherrimum, & circa illud nemus omni arborum specie constitum, umbram discumbentibus faciens: strarum autem subternunt è floribus, ministrat, ac cuncta afferunt venti, præterquam quod vinum non miscent. Nam circa convivium arbores vitæ magnæ & micante vitro, narum fructus pocula sunt omni specie operis, & magnitudinis. Ubi autem quis ad convivium accesserit, unum ex illis aut duo mensis decerpta apponit: ea confestim vino replentur: pro fortis ve d lucinæ, canoræque volucres cætera flores è proximis præcis ore legentes, cum cantu eos supervolitant, aspurguntque. Porro: ut ungantur, dense nubes unguentum combibentes è fontibus: supraque convivium sparsæ, sensim experimentibus ventis tenuissimum quiddam, velut rorem distillant.

Elysi campi.

Ex Mureto lib. 3. Variar. cap. 1.

Proditum est à veteribus poetis, esse quasdam in Oceano insulas, ad quas post mortem deferantur eorum animi, qui sanctè, religioseque vixerunt. Ibi eos inter se jucundissime, ac suavissime vivere in amœnissimo quodam prato, quod gemmea florum varietate distinctum, picturatumque sit. Nunquam non illic nitere cæcum, frondere arbores, pubescere herbas, ridere omnia, spirare assidue molissimos Favonios, quorum flabellis comeliner ventilaræ placidissimo murmure auribus blandiantur; eo accedere innumerabilem vim, ac copiam immortalium avicularum, quæ usque, & usque liquidissimos cantus tenui gutture funditantes, intimos audientium sensus incredibili voluptate permulceant. Pratum ipsum perennibus rivulis variè intersecatis: quo-

rum aquila nitidissima ad versicolores lapillos molliter fracta, & allisa, susurrum officiat dulcissimum. Ita qua flosulorum ambrosios odores exhalantium suavitate, qua Zephyrorum vicinantibus arborum ramis illudentium sibilo, qua volucrum concentibus, qua blando murmurantium rivulorum strepitu beatas illas mentes exhilarari. Ergo alios ad Orpheum, Amphionive lyram choreas agere, alios corollas texere, alios in herba fides conferere sermones jucundissimos.

Elysi campi.

Ex Virg. Æn. 6.

Devenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas:
Largior hic campos æther, & lunæ vestit
Purpureo: Solemque suum sua sidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris.
Contendant ludo, & salva luctantur arena.
Pars pedibus plaudent choreas, & carmina dicunt:

Equus.

Stat sonipes, quo nullus præstantior, sive ad corporis speciem, sive ad membrorum agilitatem, corpus in primis grande, sublime, erectum: cervice molli, capita exigua, nigris oculis, patulis naribus, brevibus, & erectis auriculis, lata, densa, ac per dexteram partem profusa juba: grandibus armis, inflexis lateribus, ventre substricto, cauda longa, setosa, crispa. S habenas additas: molliter leniat pedes: alternat gradus, obliquat incessum, ac frequenter inflectente sese, & tollente capite spumas agit, ac frena ferax spumantia mandit. Si calcaria admoveas: laxatis habenis, aut gyrato cursu turbinis more circumferetur, aut rectò impetu more sagittæ volantis in æquora præcipitatur.

Equus.

Ex Varrone.

Equus caput habeat non magnum, nec membris confusus: sit oculis nigris, naribus non angustis, auribus applicatis: non angusta juba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriore partem cervicis: pectus larum, & plenum humeris laeis, ventre modicò, cauda ampla, subcrispa, cruribus rectis, æqualibus, genibus rotundis.

Equus

Ex Virg. 3. Georg.

Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit:
Primus & ire viam, & flavios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti:
Nec vanos horret strepitus. Illi ardua cervix,
Argentumque caput, brevis alvus, obesaque terga:
Luxuriatque toris animosum pectus; honesti
Spadices, glaucæque, color deterrimus albo,
Et gilvo: tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremitt artus:
Collectamque premeas volvit sub naribus ignem.

Equus.

Ex Claudiano de 4. consul. Honorii.

Utque tuis primum sonipes calcaribus astit,
Ignefcent patulæ nares, non sentit arenas
Ungula; discussæque jubæ sparguntur in armis:
Turbantur phalææ spumosis moribus, aurum
Fumant; anhelantes exundant sanguine gemma.

Equus.

Ex Lucano lib. 4.

Quippe ubi non sonipes motus clangore tubarum
Saxu quatit pulsu, rigidos vexantia franos
Ora tenens, spargitque jubas, & surrigit aures,
Incertoque pedum pugnat non stare tumultu:
Fessa jacet cervix; fumant sudoribus artus,
Oraque projecta squalent arenata lingua.

Exemplum efficax.

Quo dictis facta potentiora sunt, eo suavius antris illabū,

illabuntur, tenacius herent, & calcant quoddam nobis adhuc reluctansibus adhibent, ut præcuntes, & virtutis faciem seu nequitia vexillum præferentes subsequamur. Sed quia ad scelus, uquam ad virtutem procliviores sumus, hinc est, quod eorum vestigiis insistamus, [qui sedo corruptiis, & pessimis moribus deformarunt.

Exemplum Regum.

Ex Oratore Gallo.

Quid extulistis tantopere prisca monumenta Dionysium, quod sexaginta milia operarum exercebat, cum mœnibus areas Syracusanas ambiebat? Quid Neronem historici, quod humeris corbeis ferret, cum Isthmum Corinthiorum perfodiebat? Quid Caracallam annales, quod semper laboris initium faceret, cum in castris agebat? Quid Manuelem Commonem Græci, quod saxa veheret, cum Dorylæum renovabat? Quid Constantinum Romani, quod tetram foderet, cum magnificentissimi templi fundamenta jaciebat? Ludovicum habent Galli, qui singulis militibus adlaboret, tantum ipse conficiens operis, quantum imperet universis.

Exercitus contumax.

Famianus lib. 2. Prolus. 4. ex Livio lib. 3.

Deportaverat Appius in Volscos exercitum, cumque sævo imperio vexabat. Sed infensum jam duci militem nec metus, nec pudor coarcebat: segniter, otiosè, contumaciter, omnia agere: si Consul citius agi vellet agmen, tardius sedulo incedere: si adhortator operis adesset, omnes sua sponte motam remittere industriam: præsentem oculos, atque a demittere, prætereuntem tacite execrari. Quid multa? Productus in aciem Romanus miles turpi fugâ petit castra, vixque à vallo submovet instantem hostem.

Exercitus lascivient.

Famianus citatus ex Livio lib. 7.

Delenerat militum Romanorum animos Capua, instrumentum omnium voluptatum, averteratque à memoria patriæ: jamque consilia clam inibant, pulsus de ditibus Campanis, eorum agros invadere, illaque ubertate camporum frui potius, quam Romam redire, & in pestilentis, atque arido circa urbem solo diutius luctari.

Exercitus disciplina morum instructus.

Ex Oratore Gallo.

Scriptis imperator militibus suis eas leges, quæ ut sibi scriberentur, contendere ipsi debuissent: docuitque prius vincere morum integritate, quam firmitate nervorum. Et quidem quisquis in hæreticos pugnaturus est, debet virtute, quam manu certare validius. O novam bellorum faciem, novumque genus opugnationis! Hætenus creditum erat perverto, & præposterò præliorum usu, bellum sine cæde, sine facinore, sine contumelia Numinis geri non posse: sed ex quo nostrum militem vidimus à cruore, à libidine, à convitio tam alienum, credi cepit inter ipsa arma locum esse virtuti, scelpisque non stipendiarium esse belli, sed voluntarium administrum arbitrii.

Exercitus alacer.

Ex Virgilio Æn. 11.

At nunc interea muris Troiana propinquat,
Etusque daces equitumque exercitus omnis,
Compositi numero in turmas: fremit æquore toto
Instans sonipes, & pressis pugnat habenis,
Hæret obversus, & huc: tū late ferreus hastis
Hæret ager, campique armis sublimibus ardent.

Exhortatio ad bellum.

Ex Maffeo lib. 11.

Ea re animadvertit, Joannes confestim aciem interequitans: Quæ vos (inquit) nova formido, commilitones, quis præter consuetudinem horror invastit? Scilicet ex longa defatigatione, incommodove loco deprehensi, nec opinatam hostium multitudinem extimescitis? Quasi vero nunquam adhuc, ex ejusmodi periculis,

pars tertia.

ac difficultatibus, Dei benignitate, cum incolumes, tum victores etiam evaserimus? Nonne, qui rebus in aspectis ad hanc usque diem nobis, maioribusque nostris affuit Christus, nunc quoque præsens, ac propitius fore putandus non est? An non idem hic est hostis, quem antea sæpe vidistis? Cujus toties in terga pugnantis? Cui per hocce dies invito, ac renitenti munitissimam aciem imposuistis? Proinde state animis, viri, & omnem salutis spem secundum immortalium Deum, in dextis, ac virtute reponite.

Ex Virg. Æn. 2.

Quos tibi conferros laudare in prælia vidit,
Incipio super his: juvenes, fortissima frustra
Pectora, si vobis audentem extrema cupido est
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna, videris.
Excessere omnes iudicis, atque relictis,
Dii, quibus imperium hoc feterat: succurratis ubi
Incesse, moriamur, & in media arma ruamus,
Una salus victis, nullam sperare salutem.

F

Fama.

Cum inter vates sit frequentissimum, ut famam describant, quaque ratione viros excitet, omnia pervolvit, falsaque veris, & dubia certis penniteat: vatium princeps ceteris elegantius famam delineavit. Æn. 4.

Exemplo Libyæ magnas it fama per urbes,
Fama malum, quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget, viresque acquirit eundem:
Parva metu primo, mox sese attollit in auras:
Ingrrediturque solo, & caput inter nubila condit,
Illam terra parens, irâ irritata deorum,
Progenit pedibus celerem, & perniciousis alis,
Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictum)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures,
Noctæ, volat cæli medio, terræque per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno:
Luce sedet custos, aut summi calmine recti,
Turribus aut altis, & magnas territat urbes:
Tam facti, pravique tenax, quam nuntia veri.

Fames.

Ex Anonymo.

Videbantur in miseris præ fame squalida frontes, & contracta, genæ depresso in lacunas, oculi introfuit reconditi, ora rabo pallentia; ventres macie collapsis species prope cadaverosa, sic miseram trahebant vias, ut viderentur ante mortem mortui, ante sepulchrum sepulti.

Fames.

Ex Ovidio 8. Met.

Quæsitamque famem lapidoso vidit in antro,
Unguibus, & raris vellentem dentibus herbas
Hirtus erat crinis, cava lumina pallor in ore:
Labra incana situ, scabris rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectatis viscera possent;
Ossa sub incurvis extabant arida lumbis:
Ventre erat pro ventre locus, pendere putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri.
Anxerat articulos macies, geniumque tuncbat
Orbis, & immodico prodibant rubere tali.

Fastus atavis nostre.

Ex Famiano lib. 2. Prolus. 5.

Arripuit, tenetque hic tumor ætatem nostram, ut isto maiora omnia pervelimus, & decrescentibus indies, mundi veluti senio, corporibus, proceriores tamen animos, contumacioresque geramus. Considerate, quibus amicumur, vestes, olim lanæ erant etiam Patriorum; nam sericum non tam vestimentum, quam ornamentum fuit: consecutis inde temporibus vulgarior aliquanto ejus usus vilior fuit, diu tamen mansit apud nobilitate

nobilitatem: hodie opificum vulgus, ac fellulaci sericati, & holosericati translucent. Quid ornamenta domorum? Quid aula à textili auro illuminata? Quid vela acuta picta pro foribus? Quid rheda, & curras pene triumphales? Quid peregrinantis gula, inque succos omnes inquentis indaustria? Quid purpura? Quid argentum? Quid domesticum servitium? Quantum luxuria, fastuque superiorem ætatem antecellunt?

Florum amonitas, que nascit, ac nutrit incolas.

Annalium monumentis proditum est regionem quandam esse segetibus nudam, arboribus vacuum, vineis detonsam, fructibus spoliatam, omnium tamen terrarum pulcherrimam, & felicissimam: sola florum dissimiliū pulchritudine, & fragrantia. Nam regionis illius accola, albescente die, & sole nondum acri, tunc cum maxime præta redolent, totis simul cum familiis, per rura funduntur, apum more floribus incubant, probatores querunt, legunt hinc, inde odorantur. Mirum dictum, & quod nulli fidem inveniat: eo tantum sufficit incognati, immanisque solidam ætatem durant, & felicissima gens, suavi quodam fastidio quascunque epulas averlata, suavi herbarum halitu, & solis florum odoribus satiantur.

Fluvius.

Mirum est, quanta sit fluminis ab iis fontibus, unde erumpit, usque ad pelagus, in quod exoneratur, mutabilitas, & dissimilitudo. Ab ipso statim exordio fluit lenis, placidus, & quodammodo piger, ut in utram fluat partem, vix internoscas. Molliter stringit ripas, leniter subit colles, presso alveo rupes subterlabitur: ubi ve d' socios excipit rivulos, ac in purum campum decurrit, confestim intumescit, ab dilatato agmine spatiat, ut qui antea pontibus iungebatur, modo navium patiens sit. Neque illa tantum varietas: ab ipsis namque locis, quos alluit, mutuatur vicissitudines: inter arbores, & memora veluti frondescit, ac virenti herbarum vestitu luxuriat; inter scopulos, & exesas rupium latebras fluit asperius; in puro camporum aequore labitur licentius: denique in valibus deprimitur, in collibus supinatur, in speluncis delitescit.

Fluvius turbidus.

Æquis erit tam præcipiti adacia, qui ferventis fluminis imperum non abhorreat? Quid enim turbido flumine rapidius? Quid violentius? Quando liquecente nive, aut nimbis multiplicatis turgescat, ita crescentes paulatim alluvione extra alvum effunditur, ut sylvas omnes secum trahat, agros sternat ingentia è summis montibus evulsa saxa præcipitet, oppida, & urbes subvertat, interque rapidos aquarum vortices commixta volyat hominum, pecudumque cadavera.

Ex Virg. Æn. 2.

In segetem veluti cum flamma, furentibus Austris,
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit fata læta: bouque labores,
Præcipitesque trahit sylvas: super incensum alto
Accipiens fontem saxi de vertice pastor.

Fluvius Martias.

Ex Q. Curtio. l. 3.

Media illa tempestate mœnia interfusibat Martias
annis, fabulosis Græcorum carminibus inclutus: fons
ejus ex summo montis cacumine excurrrens, in subjectâ
petram magno strepitu aquarum cadit: inde diffusus circumjectos rigat campos liquidus, & suas duntaxat undas trahens. Itaque color ejus placido mari similis, locum poetarum mendacio fecit: quippe traditum est nymphas amore annis retentas in illa rupe confidere.

Fluvius lucum intersuens.

Ex Virg. Æn. 7.

Atque hic Æneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit, hunc inter fluvio Tyberinus amœno,
Vorticibus rapidis, & multa flavus arena
In mare prorumpit: variâ circumque, supraque

Assuetæ ripis volucres, & fluminis alveo
Æthera molebant cantu, lucoque volabant.

Fœtus homio.

Miserissimum istum hominem adeo natura infinitis
fœditatibus deformavit, ut nihil sit turpe, nihil inhonestum ad corporis habitum, & oris speciem, quod in eum non congeserit. Corpus in primis tam gracile, aridum, exile, miseraque macritudine confectum, ut cuti, atque ossibus hærere vix credas. Membrosi nulla cõstitio: namque turbinato capite, longa cervice, prominenti gibbo, carina o pectore, condito intorsus ventre, distortis cruribus, cunctis radiò, ac stupori est. Vultus nulla species: in fronte in ore, in oculis, in natibus peccat infinita. Jam facies in longum potrecta, in latum turpiter angusta: frons obsœna, & fœdo rugarum sulco striata; nasus in longissima facie adeo conieptus, ut vix emergat, oculi in stagno lippitudinis natant, ac stolidè protuberant. Denique hi suta genarum asperitas, barbæque tanta vilitas, ut partim in horrentem sylvâ excrestere, partim capillorum indecora raritate ridiculè aspergi, non immeritò obstruere possent.

Fons.

Modicus clementer assurgit collis, densa plerumque
arbore nemorosus, & opacius, è cuius radice exprimitur
fons pluribus venis, & imparibus, qui eluctatus facit rivulum, ac lato gremio adeo patescit purus, & vitreus, ut adnumerare iactas stirpes, & retinentes calculos possis: inde loci devexitate ad subjectos lapides tremule, trepidèque alliditur; mox ipsa sui copia, & quasi pondere impellitur: fons adhuc adeo placidus, ac nitidus, ut ad pellucidos liquores, gelidasque scaturigines invitet: ipso verò aquarum auctu, & quasi fenore statim adeo turgidus, ut navium patiens remigio nautarum verberetur. Nonnulla ex Plinio lib. 8. epist. 8.

Fons Solis.

Ex Q. Curtio lib. 4.

Est aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem,
Solis aquam vocant: sub lucis ortum tepida manat: medio die, cuius vehementissimus est calor, frigida eadè fluit: inclinato ad vespertum, calefit: media nocte fervida exstuat, cumque nox propius vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsam diei ortum assuetò tempore languescat.

Fons Blandusæ.

Ex Horatio lib. 3. Ode 13.

O fons Blandusæ splendor vitæ,
Dulci digne mero, non sine floribus
Cras donaberis hædo: &c.
Te flagrantis atrox hora Canicula
Nescit tangere: tu frigus amabile
Fessis; vomere tauris
Præbes, & pecori vago.
Fies nobilitum tu quoque fontium
Me dicente cavis impositam ilicem
Saxis: unde loquaces
Lymphae desiliunt tuæ.

Fortitudo prodigiosa.

Si vellem fortissimorum hominum vires commemorare, & fides habenda sit auctoribus, non ignoro Junioni iis pollentem viribus, ut concitatus quadriga iniecta manu retardaret: non me lateat Rhœtus Centaurus ea præstans soliditate membrorum, ut proceras ornos ab humo vulsas pro jaculo in hostes contorqueret: non sum ignarus Tritomi, cuius dextera pedem tauri fugientis, & nequicquam eluctantis adeo tenaciter comprehendit, ut facili negotio retinuerit: non sum immemor Lysimachi, qui belluis iussu Alexandri objectus, leonem irruentem adortus, utraq; manu arrepto guttore, strangulaverit: non me fallit Aristomenes Messenius, qui confistente utrinque militum acie, dum fremerent hostes, inter equorum hinnitus, tubarum clangores, &

ty Lanorum strepitus, solus absque ullo militum praesidio in copiosum, & armatum exercitum irrupit, ac tanto animi ardore, & robore virum dimicavit, ut trecentos Lacedaemones multis, & horrendis vulneribus usque ad interuentionem deformaverit. Sed in maiore admirationem rapit Tritanus: hic ab hoste magnanimo, & omni militari armatura apprime instructo in singulare certamen provocatus, in medium inermis prostruit, & sine ullo thorace, & clypeo ad repercutiendum ictus, sine telo, & gladio ad interfecundum vitus, non integram dexteram, sed digitum pro mucrone objecit, armatumque hostem transfixit. Nec satis, victoria exultantibus iacentem iterum trajicit, & in castra, & prodigium! Quasi verni transfixum leporem, veris in admirationem militibus, reportat.

Fortitudo Lusitanorum.

Nemo fuit unquam sive veterum Graecorum, Romanorum, Macedonum, Persarum, sive reliquarum gentium, qui fortitudine Lusitanos excelleret. Testor L. Aemilium à Lusitanis cum exercitu caeso profugatum. Testor Sergium Galbam praetorem à Lusitanis cum exercitu caeso viz elabentem Consulite Paulum Orosium lib. 4 c. 2. Testor nostrum Variatum, qui per quatuordecim annos (ut narrat Florus lib. 2 c. 17) non tantum Romanorum impetum sustinuit, sed cum recentibus legionibus tanto ardore, & felicitate victoricia signa conculcit, ut passim funderet, premeret, trucidaret.

Ea ferme tempestate Lusitanus quidam rusticus (cujus nomen, vel generis obscuritas, vel injuria temporis suppressit) cum victores socii à bello recederent, & in suum quisque latibulum se reciperet, fasci venabulum prius inferens, suspensum humero solus gestabat. Ecce tibi frementes audit hostes, & sequentium strepitus, nec longo interposito tempore, quinqueaginta Romanos equites conspicatus stetit imperterritus, fascem interrim deposuit, verutum expedit: mox in fortissimum, infestissimumque inuictum ferrum adegit, effusumque equitem praecipitans, tantum ceteris incussit terrorem, ut stupentibus cunctis, & in fugam aversis, impunis, & exultans abundus discederet.

Ceterum, veteribus praetermissis, ad nostram aetate vertamus oculos, in qua Lusitani tam insolita facinora patrarent, ut antiquiorum historias, imo & fabulas praeverant. Testis Europa, Asia, Africa, & America quos nostri homines infinitis victoriis peragrarent, & fauere semper eventibus signa victoricia circumtulerunt. Mitto innumerabiles urbium ruinas, & excidia, ingentes castrorum militum acervos, captas, & expugnatas arces, domitas provincias, extinctos duces, reges, ac principes subjugatos, Abitineo à privatis facinoribus recedendis, quia sub numerum vix cadunt.

Fortuna mutabilis.

Quantum varia, & commutabilis sit humanae vitae ratio, quam vaga, & volubilis, & puerilibus consentanea crepundis fortuna, quanta in hostibus insidiae, in amicis fallacia, atque ad tempus simultates, quanta in acquiritendis divitiis pericula, quantum in retinendis metus, quantum in amittendis luctus, nemo poterit recensere. Fortuna, quae ab omnibus domina, & regina saluatur, adeo levis, & mobilis est, ut sola mobilitate vigeat, solaque levitate persistat: & iisdem modo hilari, modo torrida facie se exhibeat; & rebus omnibus spoliatur, quos divitiis, & honoribus nuper cumulavit: ut cum nullis hereat radicibus, quos in sublime erexit, huc, & illic incertissimis fluctibus agitato ingenti ludibrio direrberet, ac tandem omni praesidio destitutos in profundum pelagus calamitatum omnium demergat.

Fortuna caduca.

Ex M. Tullo tom. 2. Pro Sylla.

O miserum, & infelicem illum diem, quo Consul deliquitatus est, O fallam spem! O volucrum fortunam! O

caecam cupiditatem! O praeposteram gratulationem! Quam cito illa omnia ex laetitia, & voluptate ad lacrimas, & lacrymas reciderunt! Ut qui paulo ante Consul dignatus fuisset, retinere repente vestigium pristinae dignitatis, Quid enim erat mali, quod huic ipoliato honore, fama, fortunis deesse videretur? Ut cui nova calamitatum locus nullus reliquus esset, & quibus

Ex Ovid Trist. 3.

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa, tenaxque loco. Sed modo lata manet, vulnus modo sinit acerbum, Et tantum constans in levitate sua est.

Ex Horat. 3. Car. Ode 19.

Fortuna sevo lata negotio, Ludum insolentem ludere pertinax, Transmittit incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna.

Fulmen.

Ex Lucano lib. 1.

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen Aetheris impulsu sonitu, mundique frigore Emicuit, rupitque diem, populosque paventes Terruit, obliqua perfringens lumina flamma: In sua templa furit, nullaque exire vetante Materia, magnanisque cadens, magnanisque revertens, Dat stragem laetæ, sparsosque recolligit ignes.

Fulmen fabricatum à Cyclopiibus.

Ex Virg. En. 8.

His informatum manibus, jam parte polita Fulmen erat, toto genitor quæ plurima caelo Deiecit in terras, pars imperfecta manebat: Tres inbris torti radios, tres nubis agnosce Addiderant, rutili tres ignis, & alitis Austris Fulgores nunc terrificos sonitumque, metumque Miscebant operi, flammisque sequacibus iras.

Fur. Vide Versipellis.

G

Gallus.

Ex Plinio lib. 10 cap. 21.

Proxime gloriam sentiunt, & hi nostri vigilae nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque sono natura genuit. Norunt sydera, & ternas distinguunt horas interdium cantu, cum sole eunt cubitum, quantaque castris vigilia ad curas, & laboreque revocant. Nec solis ortum incautus patiuntur obrepere: denique venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum. Imperitant suo generi, & regnum, in quacunque sunt domo, exerceant. Dimicatione pariter hoc quoque inter ipsos, velut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes: nec finis saepe, nisi moriendo. Quod si palma contigit, statim in victoria canunt, seque ipsi principes testantur: victus occultatur silens, aegreque tertium paritur. Caelum sola vulnere aspicit crebris, in sublime caudam quoque falcata ergens: iique terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis.

Gloria.

Ex M. Tullo tom. 1. pro Rabirio.

Etenim, Quirites, exiguum nobis vitae curriculum natura circumscripsit, immensum gloriae: quare si eos, qui jam de vita decesserunt, ornabimus, iustiorum nobis mortis conditionem relinquemus.

Ex eodem tom. 3. pro Milone.

Addit haec, quae forte vera sunt, fortes, & sapientes viros non tam praemia sequi solere recte factorum, quam ipsa recte facta: se nihil in vita, nisi praclarissime fecisse: siquidem nihil sit praestabilius viro, quam periculis patriam liberare: beatus esse, quibus ea res honori fuerit a suis civibus, nec tamen eos miseros, qui beneficio civis suos vicerint: sed tamen ex omnibus praemiis virtutis, si esset habenda ratio praemiorum amplissimum esse

esse primum gloriam; esse hanc unam, quae brevitatem vitae posteritatis memoriam consolatur: quae efficeret, ut abientes adesse, mortui vivere, hanc denique esse, cuius gradibus etiam homines in caelum videantur ascendere.

Gigas, Vide *Homo procerus.*

H

Historia.

Ex M. Tullio lib. 1. de Orat.

Historia (inquit) testis temporum, lux veritatis, vitae memoria, magistra vitae, nuncia vetustatis, qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur.

Historia finis.

Ex Favianio lib. 2. prol. 2.

Finem historiae nihil ambigo esse perpetuitatem, immortalitatemque rerum gestarum, quarum transmissio ad posteros, facilius homines ad honesta, ac salutaria concitentur, à turpibus vero noxiisque terrentur, atque in universum dicant ex praeteritis consilia capere in posterum, remque suam tum privatam, tum publicam regere maiorum exemplis.

Hominum aedus irrepabilis.

Omnium quondam Deorum industria, & ingenium (si fabulis adhibenda fides est) conspiravit, ut pro humani generis labentis reparatione sublime opus conficeret: quod non evasit ita numeris omnibus absolutum, ut nullo profus indigeret. Rem paucis expediam. Convivatis Diis, & jam largo nocte & remolentis, Hilaritas iocis, ac diceris allucta Dea in medio profuit. Haec postquam more suo bene praesa Numina, ab ipso Jove incipiens, risu, salubique perfudit, narrat per jocum humanis in rebus grandem labem, ac flagitium intervenisse: maximas calamitates humani vulgus specie, & habitus compositionem patis, vix inter homines unum, vel alium reperiri, qui non insigni aliqua feditate deformetur: pullos humi repere, proceros vertice sidera, & nubes tangere, alios distortis cruribus male in xos, alios fracta cervice inextos: quosdam gibbo suo saepe onustos, ac suffocatos incedere, quosdam vel aridis, vel imparibus poplitibus tarpiter claudicare, hos graciles, aridos, exiles, vix cute, atque ossibus herere; illos vix alvum trahere nulla pinguedine, & mole abdominis irridendos: denique humanam formositatem penitus lapsam ire, nisi Di; Deaque omnes de refarcienda provideant.

Arripit omnibus Hilaritatis consilium: statimque de Jovis sententia decernitur, ut pulchritudinis faciendae Nympha quaedam procreetur pulcherrima, & omnium venustatum numeris absolutissima, in quam certatim Deorum singuli proprias elegantias transferrent. Prius Jovis artificii manu staturam corporis emensus optima lineamenta expressit: mox alii subsecuti, Minerva oculos, Diana manus, Proserpina crines, Ceres brachia, Apollo vocem, Mercurius eloquentiam pro suo quisque munere contulerunt: nullus immortalium fuit, qui non aliquam venustatis particulam superinjceret, sicutque Pandora (sic illam dici placuit) omnium Deorum artificio pulcherrime elaborata. Cum tamen Deos omnes praeteriret talem Nympham apto colore imbuere, proculdubio decolor, ac jejuna materet species, nisi adesset Pudor, qui penicillum arripens lacteolam facie verecundò rubore inficiens mollia genarum spatia tenuitò igne inflammavit.

Homo saedus Vide *Faedus.*

Homo tempore i. s. v. i. s.

Ex M. Tullio tom. 3. pro Caelio.

Illam verò, Judices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare, quod habebat, servire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, fructu etiam, si opus esset, & audacia: versare suam naturam,

& regere ad tempus, atque huc, & illuc torquere, & flectere: cum tristibus severe, cum remissis jucunde, cum senibus graviter, cum juventute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere.

Homo multorum nominum.

Ex Favianio lib. 3. prol. 2.

Dynasta fuit inter Cantabros haud ignobilis: nomen ne querite: erat ille multorum nominum, longumque esset negotium simul omnia expedire: nempe tam prolixo appellationum syllabo censebatur, ut monitore ad confirmandam memoriam, ac nomenclatore necessò haberet, imò (nam licet joculari cum Plauti Sycophanta)

Si ante hanc ire occipiam à primo nomine

Concubium sit, noctis, priusquam ad postremum perveniam

Et opus cibo, & viatico mihi sit ad haec nominum spatia conficienda.

Homo procerus.

Prosequitur Favianus ibidem.

Hic tamen appellationum homo multarum, ac multigenetum, quem immani fortasse corporis mole, aptaque sustinentis tot nominum titulis ipsi vobis tacite conformastis, quem toto supra vertice sublimem facile creavidistis, quem, ut opinor, multiplicem, ac Geryonaceo de genere aut Enceladi, Tiphœiae sobolem, seu centum geminum Briareum existimastis, hominis, inquam, hyperboëam, vespertinam umbram, Rhodium Colossum, Gigantomachiae Colophonem, unam ex Herculis colūnis, hoc est, hominē, cui possit inscribi, non plus ultra.

Homo pusillus.

Prosequitur adhuc Favianus.

Hic (ne vos pluribus morer) homo bipalmaris erat, homo inquam? Hominis indicium dicere volebam, fontem hominis, salillum animae, hominis quadrantem, particulam, truncumque hominis, sigillum, compendium, aut si mavultis, hominis breviarium. Videri illum quidem hominem natura voluit, conataque est, & vere apparebant huius conatus in illo vestigia, sed opus non abolvit, ac pro homine hominis specimen dedit. Nimirum lepidissimus ille, qui suis se appellationibus facile involvebat, totus effluxerat in nomina: diceres punctum, ac centrum videri, ex quo lineae complures abeunt, ac punctum undique circumstant, ipsam vero effugit acies oculorum.

Honestas, & gloria.

Ex M. Tullio tom. 3. pro Cestio.

Amemus patriam, pareamus senatui, consulamus bonis: praesentes fructus negligamus, posteritati, & gloriae serviamus: id esse optimū putemus, quod erit rectissimum: superemus, quod volumus, sed, quod acciderit, feramus; cogitemus denique corpus virorum fortium, magnorumque hominum esse mortale, animi verò motus, & virtutis gloriam sempiternam: neque hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule consecratam videremus: cujus corpore ambrust, vitam ejus, & virtutem immortalitatem excepisse dicitur, minus existimamus eos, qui hanc tantam Rem, suis consiliis, ac laboribus, aut auxerint, aut defenderint, aut servarint, esse immortalem gloriam consecutos.

Honestas servanda a juventute.

Ex M. Tullio pro Caelio.

Parcat juvenus pudicitiae suae, ne spoliatur aliena, ne effundat patrimonium, ne senore trucidetur, ne in iuratur in alterius domum, atque famam, ne probum carumque labem integris, infamiam bonis inferat: ne quem intemurat, ne interit insidiis, scelere careat: postremo cum parnerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum atatis, atque ad inanes haec adolescentiae cupiditates, revocet se ad curam rei domesticae, rei forentis, Reipublicae, ut ea, quae ratione antea non perspexerat, satietate abjecisse, experiendo contempnisse videatur.

Horatius.

Horologium.

Ex *F. Man. lib. 2. prol. 3.*

Hæc, quæ metitur vocalis tempo a moles,
Cum Cælo tacitum, credite, sedus habet.
Nam Cælo Sol, quidquid agit noctave, diave,
Inscriptum nobis machina fronte refert.
Artis opus miræ! Ad terram revolubile piambū
Nititur, & spiris throclea verfat onus:
Pondere ab hoc motus: nam dū vi vertitur axis,
Dentatas cogit mordicus ire rotas:
Morsu illo implentis, obvertosque orbibus orbes
Pendula suspensio examine libra movet
Æneæ: hinc mentor turri sonat, & simul horas
Mobilis inscripto lingua in orbe notat.

H. riu.

Ex *Famiane lib. 2. prol. 3.*

Ex areola, qua inambulabant, præceras admirati pla-
tanos ad stirpe ad primos utque nos hederâ ita con-
vestitas, ut summæ quidem arbores suis frondibus, imæ
verò alienis vireant. Concedunt in proximū xistū quæ
gradata hinc buxus, & coccia in plurimas species, inde
Tarentina myrtus variè tonsa, aliæq; retenta mana ar-
buticula bellissimè concludebant. In medio fons æstu-
abat intra marmoreū cratera, è cuius labro caducus, vel
instar tenuissimi expandebatur, demittebaturque in
subjectam piscinam: quam circum scyphunculi plures
expressi micabant è solo, atque in cratera reciproci mis-
cebant suavissimum murmur. Hic in loculamentis tri-
folio virentibus mollissimas nacti sedes, ac pulvinos
adversū conquiserunt.

Horti pensiles, Vide *Penlis*

H. stis infolens.

Ex *Oratore Gallo*

Augebat infinite superbiam hostium longa belli ex-
perientia: quippe qui non solum olim sæpe, modo cum
Anglis, modo cum Batavis, partim cum Hispanis, par-
tim cum Lusitanis consisterent; sed & nuper regis clas-
sem, tum Oceani, tum Mediterranei maris copiis in-
structissimam duobus præliis fortiter sustinissent. Quis
in tanto apparatu Rupellæ sensus? Eo devenerat impu-
dentissima civitas, ut dudum cæteris gentibus cladis
metum inferre, regem purpuram, Reges, & oracula cõ-
culcare, Reipublicæ succum, & sanguinem exhaurire,
cædes; & incendia circumjectis regionibus, & agris ob-
jicere, antiquas Drusiæ prælii, Dionysiæ, Jarnacensis,
Moncomotisque tragadiæ renovare facile poterat.
Tantum erat in impudentia roboris, tantum virtutis in
scelere.

Hyems.

Ex *Theophylato*

Præterit Autumnus, & jam Hyems terræ ingruit, ma-
re tranquillitatis fœdera rumpit: navigantes portus quasi
sospitatores amplectuntur, & rusticus ad focum con-
fugit, & formica in cavernis terræ suis laboribus parto
victa fruitur.

Hyems.

Ex *Virg. 1. Georg.*

Frigoribus parto agricolæ plerunque fruuntur,
Mutæque inter se læti convivia curant:
Invitæ genialis hyems, curasque resolvit:
Cæpressæ cum jam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti navæ imposuere coronas.

I

Ignis.

Ex *Anonymo*

Ignis pyramidis in speciem fastigiatus æthereæ in-
hiet fidi, sidereo radiat nitore, vi jungit acerrima, &
multiplici sui sobole secundatur. Execulus emicat silice,
flammis evolat, scintillis evanescit, prunis vitam tra-
ducit durariorem: modo vastissimè erumpens domi-

natur incendio, modo recedente obrutus cinere delibescit.
Item mortalium usui ancillans non parum, mollit ita, ci-
bos afficit, lenit hyemem, fugat pestem, purgat ulcera, te-
nebras avertit. Ad hæc nullo discrimine quæque exedit,
vorat, absุมit inexasurabili aviditate.

Ignis nocturnus

Ex *F. Man. lib. 2. prol. 6*

Nox aderat tandem & Cælum ex Cyclope diurno
Nocturn is tunc Argis erat: cū Roma fenestris
Gaudia disponens velarat tecta domorum
Torque lucernarum & collo suspenderat alto
Vericoloratis contexta monibus flammis:
Quin etiam in trivii Cynici vestivile tectum,
Et veteres Bacchi exuvias damnaverat igni.

Ignis mens. Vide *Mons.*Imperator Vide *Dux.*

Impetras.

Ex *M. Tullio tom. 1. Verr. 1.*

Venisse tempus aiebant, non jam ut commoda sua,
sed ut vitam, salutemque totius provincie defenderem,
sefe jam ne Deos in suis urbibus, ad quos confugerent,
habere; quod eorum simulachra sanctissima C. Verres ex
delubris religiosissimis sustulisset, quas res luxuries in
flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, su-
perbia in contumeliis efficere potuisset, eas omnes sefe
hoc uno Prætoris per tricentum pertulisse.

Ex eodem *Verr. 6.*

Venio nunc non ad furtum, non ad avaritiam, non
ad cupiditatem, sed ad ejusmodi facinus, in quo omnia
nefaria contineri mihi, atque inesse videantur: in quo
Dii immortales violati, existimatio, atque auctoritas pop.
Rom. imminuta, hospitium spoliatum, ac proditum, ab ali-
enari scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, nationes,
que, quæ in eorum regno, ac ditioe sunt.

Ex eodem *infra.*

Itaque hoc nefario scelere concepto, nihil postea to-
ta in Sicilia, neque sacri, neque religiosi esse duxit: ita
sefe in ea provincia per tricentum gessit, ut ab isto non
solum hominibus, verum etiam Diis immortalibus bellum
indictum putaretur.

Incendium.

Ex *Q. Curtio lib. 7.*

Tunc undique ignis injectus cuncta comprehendit
flammam in ora hostium ventus ferebat: simus ingens
velut quadam nube absconderat cœlum: sonabant incen-
dio sylvæ, atque ea quodque, quæ non incenderat miles,
concepto igne proxima quæque adurebant.

Incendium navis.

Ex *Famiane lib. 2. prolus. 3.*

Emicuit illic feralis flamma, magnæque fragore sa-
vulsa à sedibus suis tabularum, atque in altam excussa, ra-
puere simul eadem vi semiviva hominum corpora: per-
missaque, & conglobata omnia in aquam decidere misera-
bili sonitu. Ceteri aut colissi invicem, & consanciati,
aut incensi, exceptique undis expiraverunt. Nec se intra
myoparonem continuit clades: fragmentis hominū, tabu-
larumque ex alto late decidentibus corripuit ignis proxi-
ma vestigia; horæque motus spatio, quantum erat toto reg-
no conquistum prædæ, consumptum est.

Ex *Virg. Æneid. 5*

Sed non idcirco flammæ, atque incendia vires
Indomitas possidere; nudo sub robore vivit
Stupa vomens tardum fumum; lentæque carinas
Est vapor, & toto descendit corpore pestis:
Nec vires heroum, insuæque flumina proflunt.

Ex *Famiane lib. 2. prol. 3.*

Nec plura his, jaculata facem stetit. Hæc arsit
Extrempld fulgur, tonitruoque exterrita pinus
Evomit flammatarum undas, & fragamina cœlo
Sustulit avulsæ disjectâ mole carinæ;
Nec verò stetit hic strages, sed tempore eodem

Africus

Africus incumbens pelago, tradaque volantes,
 Praecipitesque globos, & saxa reciproca longe
 Retulit, & socias subeuntes pene carinas
 Involvit flammis.

Incidium in insula D. Georgii.

Ex Anonymo.

Insula D. Georgii, quae una est ex insulis Oceani,
 quas Tertius vocamus, aetate nostra horribili terrae mo-
 tu quassata est, quo multa aedificia solo dejecta sunt, mul-
 ti mortales igne consumpti. Quippe paucata, erumpen-
 te spiritu, hinc terra, tanta vi ardentia saxa ingen-
 tis magnitudinis in altum exulit, ut libero caelo passim
 volitantia dissolverentur. Minores vero lapides igniti
 velut tormento jaculati in sublime ferebantur, quantum
 oculorum acies sequi poterat. Interdum veluti noctis
 caligo diem obscurabat. Formidabiles mugitus, & im-
 mania tonitrua mari, terraque audiebantur. Montium
 fragmina igne correpta per rupium anfractus devoluta
 quacunq; decidissent, perfungebant omnia. Teterri-
 mis fumi nubibus flammarum globi intermixti conti-
 nenter & cavernis terrae erumpentes ita rapide fereban-
 tur, ut quodam in loco decem homines domestica sup-
 pellectile plantro imposita fugientes, una cum bobus,
 plantroque in cinerem momento temporis redegerint,
 eodemque impetu alios quinque longo intervallo disti-
 tos absorbuerunt. Saepè veluti dolia sulphureo referta
 pulvere hinc inde visa provolvi. Insuper è multis eru-
 ctum hiatibus, & in unum collectum incendium late
 fluxit, agros, vinea, hortos, & quidquid obvium devasta-
 vit. Denique postquam haec calamitas aliquandiu grassata
 est, extincto incendio quievit.

In sine vitanda.

Ex M. Tullio tom. 1. Ferr. 1.

Nunquam ille me opprimer consilio: nunquam ullo
 artificio praeveret: nunquam ingenio me suo labefa-
 ctare, atque insinurare conabitur, novi omnes hominis
 petitiones, rationesque dicendi: saepe in isdem, saepe in co-
 trariis causis versati sumus; ita contra me ille dicet, quan-
 vis sit ingeniosus, ut nonnunquam etiam de suo ingenio ju-
 dicium fieri arbitretur.

Insula.

Ex Masfco lib. 11.

Hoc nomine insula est, perexiguo circuitu leuca ferme
 unius, angusto admodum freto à continenti disjuncta: dif-
 ficili accessu, pene undique septa praeruptis haud modice
 altis dimis rupibus. Ea, quod leacorum ordo non amplius
 trajectu petoportune imminet in urbem Dion, & circun-
 dato muro inexpugnabilis facile reddi poterat.

Invidia.

Ex Basilio apud Caussinumi lib. 11.

Serpentis est documentum invidia: diaboli inventum,
 inimici satio, punitionis arthabo, pietatis impedimentum,
 via ad gehennam, regni privatio: nam & ipsi fatentur ore
 hoc vitium invidi: aspectus illis est aridus, & obscurus,
 gens subtristis, supercilium demissum.

Iracundus insanens.

Cum mens inter necis, & decoris timorem dubia
 quandoque in furorē exandescat, atque extra se rapi,
 & praecipitari videatur: totum corpus illico aestuare, &
 membra eodem agitata fervore cieri: caput modò attol-
 li, modò deprimi, pedes crebro tellurem quatere, cor-
 da turgescere, complodi manus, distorqueri brachia:
 vultus non idem, torvus, minax, horridus, truculentus:
 horrescunt crines, scintillant oculi, supercilium contra-
 hitur, labia quatuntur: color non unus, modò puniceus,
 modò candicans, modò nigricans, modò pallescens: sonus
 horribiliter geminatus; exastante enim ab imis praecor-
 diis sanguine, crebro, ac vehementius agunt suspicia:
 coactus, ac stridens articulorum se ipsos torquentium
 erumpit spiritus; & parum explanatis vocibus sermo
 praeruptus: tandem in ore spumas agere, dentibus in-

frondere, clamores inconditos jacere, & omnes, qui cir-
 cumsident, totius corporis violentia exterrere.

Iracundus.

Ex Arnobio lib. 1.

Quid est aliud irasci, quam insanire, quam furere,
 quam in ultionis libidinem ferri, & alterius doloris cru-
 cem offerat pectoris alienatione debachari? Quid er-
 go sequitur necessario, nisi ut ex eorum luminibus scin-
 tilla emicent, flammæ aestuent, anhelum pectus spiri-
 tum jaciat ex ore, & ex verbis ardentibus labiorum siccitas
 inalbescat?

Iracundus.

Ex Seneca phil. lib. 1. de Ira cap. 1.

Furentium certa indicia sunt: audax, & minax vul-
 tus, tristis frons, torva facies, citatus gradus, inquietæ
 manus, color versus: flagrant, & micant oculi, horrent &
 subriguntur capilli; complosæ saepius manus, pulsata humus
 pedibus, & totum concitum corpus, magnasque iræ minas
 agens. caedo visu, & horrenda facie depravantium se, & in-
 tumescantium.

Iracundus.

Ex Virg. Aeneid. 12.

His agitur furis, totoque ardentis ab ore
 Scintillæ absiliunt, oculis micat acribus ignis!

Iracundus.

Ex Persio satyr. 3.

Nunc facè supposita flavescit sanguis, & ira:
 Scintillant oculi: dicisque, facisque quod ipse
 Non sani esse hominis non sanus juret Orestes.

Iter difficile.

Ex Q. Curcio lib. 4.

Iter expeditis quoque, & paucis vix tolerabile ingredi-
 endum erat: terrâ, caeloque aquarum penuria est, steriles a-
 renæ jacent: quas ubi vapor Solis accendit, fervida solè
 exurentè vestigia, intolerabilis aestus existit, luctandumque
 est non tantum cum ardore, & siccitate regionis, sed etiam
 tenacissimo sabulo, quod praetulum, & vestigio cedens æ-
 grè molliuntur pedes.

Iter difficile.

Ex Statio Theb. 2.

Fert via per damos propior, quæ calle latent
 Praecelerant, densequè legunt compendia sylvar:
 Lecta dolis sedes; gemini procul urbe malignis
 Faucibus urgentur colles, quos umbra supremi
 Montis, & incurvis claudunt juga frondea sylvis:

Judex corruptus.

Ex M. Tullio tom. 1. Ferr. 4.

Etenim si illud est tam flagitiosum (quod mihi omnia
 rerum turpissimum, maximeque nefarium videtur)
 ob rem judicandam pecuniam accipere; pretio habere
 addictam fidem, & religionem: quanto illud flagitiosius,
 improbius, indignius eum, à quo pecuniam ad ab-
 solvendum accepèris, condemnare, ut ne praedonum
 quidem Praetor in fide retinenda consuetudinè confervet?
 Scelus est accipere à reo, quanto magis ab accusatore?
 Quanto etiam sceleratius ab utroque? Fidem cum propo-
 sitis venam in provincia, valuit apud te plus, qui pe-
 cuniam maiorem dedit.

Juvenis Vide Aetas hominis.

L

Labyrinthus Aegyptiorum.

Ex Strabone lib. 17.

Ad hæc est Labyrinthi fabrica opus haud impar py-
 ramidibus, & adiacens Regis sepultura ejus, qui labyrin-
 thum construxit: locus est in primo fossæ ingressu ad
 triginta, quadraginta stadia praecedenti, est plani-
 cies quædam thesali forma pagum habens, & multo-
 rum Regum Regiam, quot prius praefectura erant, Nam
 totidè

retidem vultu sunt coloribus ambigunt, invicem conuincunt, omnes uno ordine, uno pacto, tanquam parvo quodam mureo, ante se stantes habent. Vix vero, que ad eas tendunt, ex aduerso sunt ipsius muri, ante ingressum crypte quedam milita, ac longae, que inter se vias flexuosas habent, ut nemo peregrinus ingredi aulam ullam possit, nec egredi sine duce.

Ex Virg. Aeneid. 5.

U' quodam Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus texum circiter, accipitque
Mille viis habuisse dolam, qua signa sequendi
Falleret indeprentus, & irremediabilis error.

Leo.

Quid leone ad aspectum ferius, quidve generosius, quando lenis, & pacatus: toroso pectore, coronato capite, jubeis armos, & colla vestientibus, regiam sibi conciliat maiestatem, quando exacerbatus feroces, & metuentos edit rugitus, truculenta facie, & immiseris oculis, dentium serie pectinatim aculeata, ipsique unguium harpagonibus terrorem omnibus incutit. Verum in ipsa feracis natura pernicacia precipui nitet generositas, posttrahis namque parcat, in viros prius, quam in feminas, in infantes nequaquam, nisi vehementi stimulatus fame delaxit.

Leo.

Ex Oppiano apud Caesarium lib. 11.

Leonem ad sua ore animantum videtur produxisse natura. Cernis, ut flammeo colore rutilus accenditur? Ut superbè graditur? Ut vultu se corporis mole effertis pra se despiciat omnia? Quantum est, & quam vegetum in hoc pondere robur? Quanta in robore aeternitas? Quantum in substrictis membris animosi spiritus dominatur vigor? Caput illi amplum maiestatem serae pra se fert, mani, & lucentes oculi inter villosa supercilia scintillant, colla, & armos effusa vestiunt iuba, magna vis laterum spirat, maior pectoris firmitas protuberat, maximus ferit aris terror, qui totus est unguis dentium, & cuncta septus. Per rugitum signo daco ad pugnam, piram longam, immanem, & villosam eundem explicans, terram plaudit: mox eadem velut voluntario flagello identidem illa divederans, ad summum oculis speciatur figura, oris profundam voraginem aperit, dentes exerit, in hostem fumina velocitate inuolat.

Leo.

Ex Virg. Aeneid. 10.

Impastus stabula alta leo ceu saepe prostrans,
(Sua det enim vesana fames) si forte rugacem
Conspexit capream, aut surgentem in coquina cervum
Gaudet hians immare, comasque arrexit, & haeret
Visceribus super accumbens: lavit improba teter
Ora cruor.

In dem. Aeneid. 12.

Pecorum qualis in arvis
Saucius ille gravi venantium vulnere pectus
Tum demum mover arma leo, gaudetque comantes
Excursans, cervicem toros, fixumque latronis
Impavens fraenit telum, & fremit ore cruento.

Leo. Sannaz. ar. 1. de par. 14.

Et juxta formorum terror, Rexque ipse ferarum
Magnanimus hiter ore leo, quem fusa per armos
Conspicit juba: pectoribus generosa superbit
Majestas.

Leo. Ex Statius 2. Theb.

U' leo, qui campis longè custode fugato
Mastylas depastus oves, ubi sanguine multo
Luxuriosa fames, cervixque, & robe gravata
Confedat iuba, mediis in credibus adstat
Ager hians, victusque etibus: nec jam amplius ira
Crudelesunt, torumque vacuis ferit aera malis
Molliaque ejecta delambit vellera lingua.

Leo.

Ex Silio lib. 2.

Cen simulante fame, cum victor ovilia tandem
Faucibus invadit secis leo, mandis hians
Ore fementi imbe le peens, paruloque sed vadit
Curtare ructatus large error, incubat atris
Semese stragis cunctis, aut murmure anhele
Infrondens lateros inter spatiatur acervos.

Lilium.

Ex Plinio lib. 21. cap. 5.

Lilium Rosa proximum est, nec ulli florum excelstitas maior, interdum cubitorum trium, languido semper collo, & non sufficienti capitis oneri. Candor eius nimis, foliis foris stratis, & ob angustis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effugie calathi resupinis per ambitum labris, tenuisque filo, & semine stantibus in medio croceis.

Lilium.

Ex S. Ambrosio lib. 3. Hexam. cap. 8.

Considerate lilia agri: quantum sit candor in foliis, quemadmodum stipata ipsa folia ab imo ad summum videntur assurgere, ut scythi expriment formam, ut auri species quaedam intus effulgeat: quae tamen vallo in circumfloris obseptis, nulli pateat iniuria.

Lucius civitatis pro civitate amisso.

Ex M. Tullio tom. 2. pro M. Cato.

P. Clodij mortem equo animo nemo terre potest: luget senatus, morret equester ordo, tota civitas confecta senio est, squalent municipia, afficiantur coloniae, agri denique ipsi tam beneficium, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant.

Lucus.

Ex Q. Curtio lib. 6.

Arbores densae sunt de industria constitae, quarum tenes ros adhuc ramos manu frangunt, quos infertos rursus inserunt terra. Inde velut ex alia radice teriores virent trunci, hos, quae natura fert, adeo escere non sinunt, quippe alium alii quasi nexu conferunt: qui ubi multa fronde vestigi sunt, operunt terram. Itaque occulti ramorum velut laquei perpetuo saepe iter elidunt.

Ex eodem lib. 9.

Sylvae erant prope in immensum spatium diffuse, procerisque, & in extremam altitudinem editis arboribus umbrosae. Perique rami inter ingentium stipitem flexi in humum ruitis, quae se convalescant, erigebant, adeoque species esset non rami resurgenti, sed arboris ex sua radice generatae.

Lucus.

Ex Virg. Aeneid. 8.

Est incertae gelidum lucus, prope Caritis armen
Religione, partum late sacrae: undique colles
Includere cavi, & nigra nemus adhaere, cingunt.

Lucus. Vide Pistis.

Luna.

Ex M. Tullio lib. 2. de Nat. Deor.

Luna autem, quae est, aut ostendunt Mathematici, maior quam similia pars terrae, iisdem partibus vagatur, quibus Sol, sed rursus congreuens cum Sole, cum digrediens, & cum lucem, quam a Sole accipit, mittit in terras, & varia ipsa mutationes lucis habet: quae subiecta, & opposita Soli, radios eius, & lumen obducunt, tum ipsa inciens in umbram terrae, cum est e regione Solis, interposita, interjectaque terrae repente deficit.

Luna index temporum.

Ex Virg. 1. Georg.

Luna reverentes cum primum colligit igne
Si higrum obscuro comprehendit ac a cornu,
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber:
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phoebe.

Sin ortu in quarto (nanque is certissimus author)
Pura, nec obtusis per caelum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensum pluvia, ventique carebunt.

Lupus. Ex Virg. Aen. 9.

Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili,
Cum fremit ad caulas, ventos perpeffus, & imbres
Noctis super mediam tuti sub maribus agni
Bilarum exercent; ille asper, & improbus ira
Savit in absentes; collecta tangit edendi
Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces.

Lupus. Ex Sui. 4. Thib.

Ille velut pecoris lupus expugnat orpimi
Pectora tabenti sanie gravis, hirtaque setis
Ora cruentata deformis hiantia lana,
Decedit stabulis, huc, illuc turbida versans
Lumina, si duri comperita clade sequantur
Pastores, magnique fugit non infensa auri.

Lusciniæ cantus.

Ex Plinio lib. 10. cap. 39.

Primum tanta vox tam parvo in corpufculo: deinde
in una perfecta mixtae scientia modulatus editur sonus:
& nunc continuò spiritu trahitur in longam, nunc va-
riatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur in-
torto, promittitur revocato, infuscatur ex inopinato,
interdum & secum ipse manurat, plenus, gravis, acu-
tus, crebar, extensus: ubi visum est, vibrans, summus,
medius, inus. Breviterque omnia tam parvulis in fau-
cibus, quæ tot exquisitis tibiærum tormentis ars hominum
excogitavit.

Lusciniæ. Ex Cassino lib. 11.

Lusciniam unam ex avibus maximè solent illi, qui na-
turas animalium scribunt, admirari, quòd in tam parvo
corpufculo, tam clara, tam suavis, tam magna, tam ju-
cunda vox invenitur, quòd vernò tempore, cum fron-
descere arbores incipiunt, diebus, ac noctibus perpetuis,
sine ulla intermissione canere soleat. Unde enim in a-
vicula tam pertinax spiritus? Unde vis illa continende
animæ in canendo tæta, & una continuatione cano-
nis, vivæ contentiones vocis, & remissiones contine-
antur? Unde tam artificiosa, tanquam perfecta mixtae
scientia, tam ingeniosa modulatio, tam gratus auribus
sonus, qui modò in longam continuò spiritum trahatur,
modò summa quadam cum varietate flectatur, nunc
concisè voce distinguitur, nunc intorta copulatur? Quid
plura? Jam parvulis in faucibus omnia, quæ tanto labore,
tanta industria, tanto studio, tot inventis instrumentis gene-
ra cantionum, ars hominum excogitavit, integra, atque per-
fecta reperiuntur.

Lusciniæ.

Ex Virg. 4. Georg.

Qualis populea mœrens philonela sub umbra
Amisso queritur foetus, quos datus arator
Observans nido implumes detraxit: et illa
Flet noctem ramòque sedens miserabile cæmen
Integrat, & mœstis late loca quæstibus implet.

M

Machina in mari.

Ex Oratore Gallo.

Non satis erat classibus insultasse, nisi insuper insul-
tasset Oceano: machinatus est igitur aliquid, quod ho-
mines satis mirari non possent, ipsa maria pertimesce-
rent. Intelligitis, quòd me spectet oratio, janque sus-
picitis ædificatum in æquore vallum illud, carceribus
frænatos impetus indomiti hæcenus pelagi, ne rebelles
à jugo se liberos fore putarent, ubi mare libertatem a-
mitteret. Jacienda moles erat, quæ totum sustineret
Oceanum, nec ventorum quassata turbinibus, nec flu-
cium assultibus verberata, nec æstus inundationibus
superfusa, obrytaque titubaret. Mare impatiens operis

videbatur, nisi immensi operis patientia victum esset.

Maledictus calumniator.

Ex Favianò lib. 1. prolus. 4.

Quod si ad hunc modum hoc genus homines in ver-
ba projecti, quippe per hæc turbamenta vulgi private
ambitioni viam iterant, serio cogentur, ut aut ma-
ledictis abstinerent, nisi de aliorum vita conticescerent, aut
si tantum vitiorum est odium legitime id à jure transigeret,
multo sane pauciores forent, qui malignitate ingenii tam fa-
cite everterent alienam famam.

Mare.

Ex M. Tullio lib. 2. de Nat. Dear.

At verò quanta maris est pulchritudo, quæ species
universi, quæ multitudo, & varietas inulatum, quæ a-
mœnitates orarum, & littorum: quot genera, quamque dis-
paria, partim submersarum, partim fluitantium, & imman-
tium belluarum, partim ad saxa nativis tectis inherenti-
um? Ipsum autè mare, sic terram appetens, littoribus clauditur;
ut una ex duabus naturis conflata videatur.

Mare.

Ex Cœnimb. lib. 2. Phys. cap. 9. §. 1.

Idem rursus probat Oceani immensitas, tam pulchra
ad aspectum, tam facta ad proceandam sobolem, tot
piscium, & immanantium belluarum copia abundans: &
in eo non minus admiranda, quòd dum ejus fluctus, si-
ve quotidianis reciprocationibus, sive tempestatum vi
ad arenam feruntur, intra præfixos limites sese conti-
nent, quasi scriptam sibi legem, in litore pertimescant, at-
que instar indomiti equi, qui à fessore habentis retinèctus, col-
lum flectit, refugiant.

Maris perfidia.

Maxima projectis fuit audacia, qui vidit fictis ocu-
lis mare turba um procellis, neque exhorruit scopulos,
ad quos illite naves sæpius franguntur, atque ob id in-
fames, quod laborent perfidia, dum sub unis delites-
centes, exorta subito tempestate, navibus insidiantur. Nul-
lam servare nautis fidem mare, nullam etiam portum ipsum
cecinit Propertius.

Ventorum est, quodeunque paras, non ulla carina

Conso vit, fallit portus & ipsa fidem.

In quam sententiam olim, cum adhuc esset rhetoricæ au-
ditor, concinnavi subsequens poemata, quod in publico æ-
tamine priamam palmam obtinuit.

O qui cæcileam fuleatis puppibus æquor,
Accipite hæc animo. Ne vos tam dira quietos
Sollicites, vastaque cava trade currere pontum
Cogat avarities: tumido ne invertere fluctus
Fallacis liber Oceani? Quid credere monstro
Huic vitæque, necemque juvat: Labor occupat ingens
Oceanum, & semper dubus mors errat in undis,
Aut dolor, aut certus lethi timor: ipsa remantur
Sepe astra exitium curvatò gurgite navis,
Tollitur in caelum, saxoque alia repente
Frangitur, aut scopulis in procurritibus hæret,
Nusquam tuta fides pelago: sæpe æquor avaros,
Aut sedes regione via, litus, & fefellit:
Sæpe latent placidis immania fata sub undis,
Aut aliquis latet error; aquis ne credite merces
Non vos divitias, ignoti aut quæritis auri
Pondera, & argenti penitus deossa talenta
Vadit us haud dubium in lethum, medianaque venetis
Mortis iter, quæretque sibi certum ipsa carina
Exitium, & vastò tumulabitur æquore; avari
Sedibus his tandem, data piscibus esca, jacchunt
Quitto reliqua.

Memoria.

Ex Favianò lib. 1. prolus. 2.

Memoria præ aliis valet orator, & eâ gloriatur tan-
quam excellenti vitæ bono: tanquam thesaurò, &
pena

pena disciplinarum; germana literaturæ, M. Marum parente, alicuius sapientia, insigni deum argumentò divinitatis. Quid enim potest esse, aut excogitari præstantius, quam cam ex parte in animo capacitatem, quam immensa rerum aliarum aliis quotidie accidentium congeries non modo non exarquet, non expleat, non cumulet, sed dilatat etiam, laxetque, ac fundat amplius, nosque semper finis, ac recessus intus latè lacunosos aperiat? Quid admirabilius, quam rerum, verborumque multitudinem forma variam, sensu discrepantem, numero infinitam, iis loci angustiis ita non confusè, ac permixtè, sed distinctè, electèque conservari, ut quasi differere, discriptoque in capita, seu familias populo, in fronte domus domini titulum legere, indeque habitatorem evocare, aut gentem universam recensere tacite possis.

Metus ingens. Vide Terror, & Timor.

Miles iactabundus.

Ex Famiario lib. 3. prol. 3.

Exponam genium, & ingenium bellatoris magnifici, & gloriarum pleni, qui rerum, quæ sunt, quæque non sunt, centones farciat, qui se hac, atque illac quasi pompam pancraticè, atque athleticè præterducat: qui se omnibus faciat ferocem, nullique nisi vulnera, ac eadem debeat: qui se urbi captam Martis nepotem, regumque occisorem dici velit: qui macharam futuræ hostium strage consoletur: qui hominum animas exorbeat, legiones hostiles aspectu territet, occursum fuget, spiritu distlet quasi ventus folia.

Milites ornati vestibus.

Ex Oratore Gallo.

Quid, quod totum exercitum concolori veste donavit, ut qui corporis cultu similes essent, solo animorum ornatu distinguerentur, & quantum alii bombyce, & purpura nitere amant, tantum ipsi virtute cæteris emincerent. Ibant olim milites in aurea veste sub Antiocho, in picta chlamyde sub Sertorio, in purpura sub Cleomene, in rubente sago sub Artaxerxe, in candenti tunica sub Cyro, in scuto puniceo sub Agésilao, in sibilatis auro caligis sub Aureliano, in amictu argentea cruce signato sub Constantino. Gerunt nostri sub Ludovico in veste non ad delicias molli, non ad pompam ambitiosa, sed ad militare robur, & pugnam accincta: non auro miles indiget, bellum ardore geritur, non nitore.

Miseria mortalium.

Ex M. Tullio tom. 1. pro Sex. Roscio.

Etenim tam est commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis. Ita vivunt, dum possunt, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur, ut nunquam abluantur: ita postremò ejiuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquisceant.

Vide Calamitas.

Moror. Vide Tristitia.

Mollis, & delicatus.

Ex M. Tullio tom. 1. Verr. 5.

Ita vivebat iste huius imperator, ut eum facile herbarum mensibus non modo extra tectum, sed nec extra lectum quidem quisquam videret. Ita dici brevitas conviviis, hostisque longitudo stupris, & flagitiis contrebatur. Cum autem ver esse cæperat, cuius initium iste non à Favonio, neque ab aliquo astro norabat, sed cum rosam videret, tunc incipere ver arbitrabatur, dabat se labori, atque itineribus, in quibus usque eo se præbebat patientem, atque impigrum, ut eum nemo unquam in equo sedentem videret. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica hexaphora ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitensi rosa factus: ipse autem coronam habebat nam in capite, alteram in collo, reticulumque ad naves sibi admovebat tenuissimò linò, minutisque maculis plenam, &c.

Vide Pulcher, Blandus.

Mons arcanus.

Quid vel ad aspectum sublimius, vel ad animi voluntatem indulgentius, vel ad capiendum somnum, & ætivum depellendum calorem hospitalius mones utque ad sidera fastigiato, densisque arboribus ad radices vestito? Superiora exasperant rupes, minantesque caelo turbinant scopuli. è quorum jugis ad subiectos vallium anfractus, & vasta maris, ac terrarum spatia libertissimum patet prospectus. Inferiora condensant arbores, & vestiunt nemora, quæ è supinis verticibus derivatas fontium scaturigines excipiunt, interque gelidos annuum liquores frondentium ramorum segmina, & iteratas avicularum cantilenas hilarantur.

Mons Ex Borealo lib. 1.

Epirctè in Panormitanorum finibus mons est, aliquot millium ambitum amplexus. Inæ radices abicissis præruptis rupibus attolluntur: mox ubi per inaccessas cantes mons in modicum tumorem exerevit, paulatim faciliora latera acclinat, donec ad verticem pervenias haud modica plantie æquatam: in qua & tumulus commode eminet, tanquam à natura producta in arcem illud jugum munitionibus Reges firmaverant: reliquis montis vertex iusto oppidò, sparsisque præterea & amœnis ædificiis incolebatur.

Mons Atlas.

Ex Virg. Æneid. 4.

Jamque volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis cinctum affide cui nubibus atris
Pini ferum caput, & vento pulsatur, & imbrì.
Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.

Ex Ovid 4 Met.

Quantus erat mons factus Atlas: jam barba, comæque
In sylvas abeunt, juga sunt humerique, manusque:
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen,
Ossa lapis sunt: tum partes altus in omnes
Crevit, & immensum: sic Dii voluistis; & omne
Cum tot sideribus cœlum requievit in illo.

Ex Silio lib. 1.

Nec patitur nomen proferri longius Atlas;
Atlas subducto tracturus vertice cœlum.
Sidera nubiferum fulcit caput, æthereasque
Erigit æternum compages ardua cervix:
Canet barba geli, frontemque immanibus umbris
Pinea sylva premit, vastant cava tempora venti,
Nimbo quoque flunt pumantia flumina rictu.

Mons igneus. Ex Maffeo lib. 5.

Sed præcipua in camino Terrateni nobilitas. Mons in nubes assurgit excelsus, & arduus, cuius inferiora densis nemoribus vestiuntur; superiora ex incendiis glabra, & horrida sunt. In vertice crater, hiatus vastò, in plures circulos circumductos maiores minoribus, ad speciem amphitheatri discedit. Inde per æquinoctia maxime, certis stantibus ventis, cum horrifono fremitu flammæ arò mixtæ fumò, & favillis erumpunt, & omnia latè loca cineribus complent.

Mons Aetna.

Ex Solim. cap. 11.

In Aetna vertice hiatus duo sunt, crateres nominati, per quos eructatus erumpit vapor, præmissò prius fremitu, qui per æstivantes cavernarum latebras longò magitu intra terræ viscera diu volvitur: nec ante se flammæ globi attollunt, quam interni strepitus antecedant. Mirum hoc; maius illud, quod in illa ferventis naturæ pervacià mixtas ignibus nives profert: & licet vastis exundet incendiis, apicis capite perpetua brumalem detinet faciem: itaque invicta in utroque violentia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissolvitur.

Ex Virg. Æneid. 3.

Portus

Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Iose sed horificis juxta tonat Æthiæ ruinis:
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo, & candente favilla,
Attollitque globo: flammarum, & sid ra lambit,
Interdum scopulos, avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exastuat imo.

Ex Claudiano 1. de rap

Sed quanvis nimio fervens exuberet alta,
Scit nivibus servare fidem, pariterque favillis
Durefcit glacies tanti secura vaporis
Arcano defensa gelu, fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

Montes Alpes.

Ex T. Livio lib. 1. Dio. 3.

Ex propinquo visa montium altitudo, nivisque cœlo
prope immixta, tecta informia imposita rupibus, pecora,
jumentaque torrida furore homines intonsi, & inculti,
animalia inanimaque omnia rigentia gelu, cætera visu,
quam dicta fœdiora terrorem renovaverit. Erigentibus
in primos agmen elivos apparuerunt imminentes
tumulos insidentes montani, qui si valles occultiores
insedissent coorti in pugnam repente ingentem fugam, stragem
que dedissent.

Moriens homo.

Ex Anonymo.

Paulatim deficit spiritus, oculi obtuuntur, digiti, manus,
que frigescent, attenuantur nares, genæ deprimitur, pal-
lor toto ore suffunditur, spumant labra, anhelat pectus, vi-
dendi, & audiendi facultate spiritus destituitur, sudor ema-
nat, interruptis, & morientibus vocibus amicos compellat;
de corporis tandem carcere solutus ultimum vale inciamat,
& ad superiorum evolat cœlum.

Mors.

Quam torva, mæsta, & horribilis sit mortis natura,
quam projecta illius audacia, quam effrasis impetus,
quam præceps licentia, quam trocense rabies, quam
iracunda fœvitia: qua violentia insolescat, qua superbia
proflitat, qua improbitate in viros, senes, ac
juvenes nullo sexûs, ætatise discrimine debacchetur,
ex eo præcipue manifestum est, quod ubi acerba illius
recordatio mentem subit, adeo frangit animum, eumque
dira sollicitudine, & atrâ caligine obruit, ut confestim ex
oppresso corde quasi ex tumultuante Oceano in manus, vul-
tum, ac universum corpus indubitatæ mororis indicia e-
mergant. Frons obducitur, oris candor, & genarum rubor
extinguitur, omnique vultus species quasi atra circumfusa
caligine obnubilatur.

Mors multiplex.

Neque minus aspera, & truculenta cuiquam videbitur
lethi facies, si oculos conjecerit in tot mortis genera, at-
que discrimina. Quidam enim primò juventutis erepti
flore aut flammis corripiuntur, aut fluctibus absorben-
tur, aut de rupibus præcipitantur; quidam vel mucroni-
bus spiculorum, aut gladiorum confixi agunt animas,
vel unguibus belluarum dilaniantur, vel domorum casu, aut
devoventibus sese rupibus obruuntur. Quid si eam violentiam,
& varietatem morborum, quibus miseri homines in-
tereunt, velle commemorare? Alii immanissimis cruciatu
doloribus, alii lethæo conscripti vererno, alii multiplices in-
finitarum febrium ardore, serpente indies contagio, ac pu-
rescentibus humoribus contabescunt.

Mors multiplex.

Ex Statio lib. 1. Sylva 1.

Nam populos mortale genus, plebisque caduce
Quis fleat interitus? Hos bella, hos æquora poscant:
His amor exitios furor his, & sæva cupido,
Ut fileam morbos, hos ora rigentia brumæ,
Illos implacido lethalis Sirius igni:
Hos manet imbriferò pallens Autumnus hiatus,

Quidquid habent ortus, finem timet: ibimus omnes,
Ibimus, immensisque urnam quatit Æacus umbris.

Mors frequens in urbe obsessa.

Ex Oratio e Gallo.

Ipsa mors visa est laborasse fame, ita ventre insatura-
bilit omnes helleuabatur in urbe: funeribus funera cumu-
labantur: mors desierat esse terrorem civibus, quam usu
quondiano, domesticâ consuetudine familiaritatem habe-
bant. Timore sublaro, desperatio succedebat: calcaban-
tur temerè, & sine horrore mortuorum acervi: non lu-
gebant aliorum mortem, qui suam expectabant: nihil
filius patris obitu movebatur, quia naturam fortuna mu-
taverat. Unum omnium votum perire cito: metus lon-
gius vivere, solatium, quamplurimos locos mali futuros.
Projecta jacebant interea in sepulchralibus ipsis sine se-
pulchro cadavera, & a nudo homine nuda ossaolveban-
tur; cœlo tegebantur corpora, quorum animæ apud in-
feros flammabantur; domus in sepulchra transferant,
tamen erant omnes insepulti; nulli, qui efferrent, ade-
rant: soli occurrerant, qui efferrentur: hæredes mori-
entibus nulli, nihil ipsis etiam verbis jure funerum
relinquebatur, qui nobis succederet, nullus erat, malis uni-
versis succedebant.

Mors pro patria

Ex M. Tullio tom. 3. Pro Sestio.

An erat mihi in tanto luctu meorum, tanta disjun-
ctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium re-
rum, quas mihi aut natura, aut fortuna dederat, vita
retinenda? Tam etiam rudis, tam ignarus rerum? Tam
expers consilii, aut ingenti? Nihil audieram? Nihil vi-
deram? Nihil ipse legendo, quaerendoque cognoveram?
Nesciebam vitæ brevem esse cursum, gloriæ sempiter-
num? Cum esset omnibus definita mors, optandum esse,
ut vita, quæ necessitati debetur, patriæ potius donata,
quam reservata natura videretur? Nesciebam inter sa-
pientissimos homines hanc contentioneem fuisse, ut alii di-
cerent animos hominum, sensusque morte restringi, alii au-
tem tum maxime mentes sapientium, ac fortium virorum,
cum de corpore excessissent, sentire, ac vigere? Quorum al-
terum fugiendum non esse, carere sensu: alterum etiã optan-
dum, meliorem esse sensu.

Ex Eodem Phil. 14.

O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria est
potissimum reddita. Vos vere patriæ natos judico, quor-
um etiam nomen à Marte est: ut idem Deus, urbem hanc
genibus, vos huic urbi genuisse videatur. Illi impii, quos
cæcidistis, etiam ad inferos penas parricidii luent: vos, qui
extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sed-
em, & locum consecuti. Brevis autem vobis vita data est,
at memoria bene reddita vitæ sempiternæ: quæ si non es-
set longior, quam hæc vita, quis esset tam amens, qui maxi-
mis laboribus, & periculis ad summam laudem, gloriæque
contenderet.

Morum depravatorum similitudo.

Ex M. Tullio tom. 1. Verr. 5.

Verris mores improbos, impurosque nostis: fingite
vobis, si potestis, aliquem, qui in omnibus rebus istis
par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse pos-
sit: is erat Apronius ille, qui, ut ipse non solum virâ,
sed etiam corpore, atque ore significat, immenta aliqua vo-
rago est, aut gurgis vitiorum, turpitudinumque omnium:
hunc in omnibus studiis, in sanorum expilationibus, in
impuris conviviis principem adhibebat: tantamque habe-
bat morum similitudo conjunctionem, atque concordiam,
ut Apronius, qui aliis inhumanus, ac barbarus, isti uni com-
modus, ac disertus videretur.

Miri Sinarum.

Ex Maffeo lib. 6.

Ipsorum præcipue pulchritudo mira; manibus
Kk 2. conju-

quadrati ab imo lapidis; lateritia ad summum
 e. Lateres autem ex eodem argillæ genere quo pro-
 a vasa confecti, & calce optima interliti in eam duri-
 in, ac firmitatem brevi tempore coalescunt, ut ferramen-
 tis postmodum labefactari vix possint. Crassitudo mœnium
 quatuor, & alicubi sex capit homines. additis ad prospectû
 pargulis, ac mœnibus, & oculis ambulationibus, qua pro-
 fecli oblectationis causa perierint: pomerium intra, ex-
 traque circuitum spatii tenis in ordinem equitibus patet.
 Ad obliquos autem istius modico intervallo turres, & prop-
 ugnacula prominent, artificiosis contexta fastigiis, & po-
 diis elegantibus adornata. Ex iis mœnibus, cum quadam
 ante his mille annos constet extructa, nullam tamen in eis ri-
 mam, aut signum, aut labem aspicias. Adeo severè, acriter-
 que facta tecta à regis curatoribus exiguntur.

Musica, & Poësis.

Ex *Famiano lib. 2. prol. 5.*

In musicis (ne longius à musicis abeamus) in cantu vo-
 cium, atque nervorum fastidit hæc ætas nostra, quem tamen
 superior quæsit, concentum stabilem, & gravem, plenum-
 que authoritatis. Modulos nescio, quos amamus, & frequen-
 tamenta, quibus concedatur minutim cantus, fractusque dis-
 siliat, ac plena illa, ac sonora vœcum vis, ac potestas enerve-
 tur: revocati, promissique ex insperato numeri, collisi duri-
 us toni, suspensa illico vox, & ubi minimè expectes, ampu-
 rata. artis hodie medulla sunt, plausumque multitudinis cõ-
 sequuntur. An non hæc eadem in poësi perveritas? Satietas
 jam nos solidæ suavitatis cepit: delicias è succo quærimus.
 Vibratæ aliquot sententiolæ, dicta punctim aculeata, inæ-
 qualium morsuunculæ numerorum: hæc languentem ple-
 runque gustum irritant, oscitantique huius sæculi palato
 apprimè sapiunt. Cum interim digna illa Musarum species,
 æquabiliq; numerorum volubilitas, ac nativi carmi-
 nis mollitudo præ istis argutiarum præstigiis facilè con-
 temnatur.

Mutabilitas rerum.

Ex *Valerio Maximo lib. 6. c. ult.*

Caduca nimium, & fragilia, puerilibusque consentanea
 crepundiis sunt ista, quæ vires, atque opes humanæ vocan-
 tur: affluunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nul-
 la in persona stabilibus nixa radicibus consistunt sed incer-
 tissimo flatu fortunæ huc, atque illuc acta, quos sublimè
 extulerunt, improvisò recursum destitutos in profunda cla-
 dium miserabiliter immergunt: itaque neque debent existi-
 mari, nec dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudi-
 nem duplicant.

N

Nannus. Vide *homo pusillus.*

Navis. Ex *Maffeo lib. 11.*

Ab ima carina ad summam navis oram contignationes
 quatuor, vel quinque atolluntur. In infima nautici sabur-
 ram ad æquilibrium sternunt: in cæteris tormenta consti-
 tuunt, vasa disponunt, mercimonia, capsasque constipant.
 Vectoribus admodum exigua sub iis tectis agendi spatia re-
 linquuntur. A prora, puppique gemina surgunt castella, in
 horum utroque, & simul ad gubernaculum ligneas casulas,
 ac tuguriola fabri concinnant: hæc, qui sunt pecuniosi,
 magnò in breve tempus conducunt pretiò. Cætera turban
 sevient venti, prout cuique datur, sub dio angustiis cu-
 bant.

Naumachia.

Sircampestris pugnæ horrida facies, navale prælium
 non minorem incutit pavorem: vel cum naves intra te-
 li, tormentive jactum subsistunt, ac deinde sagittarum,
 & quorumvis missilium procella æthera inumbat, aut cre-
 bris hinc inde fulgetris horribili cum strepitu radiantibus

omnium generum usquequaque tela volitant, destinatoque
 utrinque vulnere maiores globi contorquentur: namque
 xalis compaginibus, partim avulsa à suis sedibus tabulata in-
 genti sonitu præcipit tant, partim desiliens undique frag-
 mentis confusio: permulti in pelago demerguntur; vel
 jam navibus ferro obunco comprehensis, milites distringunt
 gladios, remque gerunt cominus crebris punctim, cæstim-
 que vulneribus: interim sulphureò pulvere ardentis fidelitæ
 conjiciuntur, omnisque ferrea fistula, & tormentum dis-
 ploditur: denique perforantur naves, occumbunt milites,
 omnia spumant sanguine, & cadaveribus replentur.

Vide *Pugna navalis.*

Nemus. Vide *Lucus.*

Nox. Ex *Anonymo.*

Nox certis discretis spatiis sub Solis fugam obumbrat
 terrarum tractus, offundit caliginem, eripit solaris usuram
 lucis, faciemque Solis æmulam stellantis cæli facultas offi-
 ciosa pandit. Amica nox mortalibus festos levat artus, lan-
 guidos sopore recreat. viros ad lecti toros, ad foveas carnis
 terarum cogit, aviculas ad nidus invitat: fœtens sedat cla-
 morem, facte omnium silentio naturam sepelit, donec mu-
 tuæ alternantis diei vices amicè terris jubar orbi reducant
 gestienti

Nox.

Ex *Virg. Æneid. 4.*

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
 Corpora per terras, sylvæque, & sæva quiescant
 Equora, quum medio volvuntur sydera lapsu,
 Quum tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres,
 Quæque lacus late liquidos, quæque aspera dumis
 Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
 Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Nox.

Ex *Sannazario lib. 1. de partu.*

Tempus erat, quo nox tardis invadebat quadripis
 Nondum stelliferi mediam pervenit olympi
 Ad metam, & tacitò scintillant sydera motu:
 Cum sylvæque, urbesque silent: cum fessa labora
 Accipiunt placidos mortalia pectora somnos.

Nox.

Ex *Statio Theb. 4.*

Jamque per emeriti surgens confinia Phœbi
 Titanis late mundo subiecta silenti
 Rorifera gelidum tenuaverat aëra biga:
 Jam pecudes, volucresque tacent: jam semaus avaris
 Irrepsit curis, pronusque per aëra nutat.

Nox.

Ex *Ovid 4. Fast.*

Jam color unus inest rebus; tenebrisque teguntur
 Omnia, jam vii illes conticuere canes.

O

Obsessio civitatis.

Ex *Oratore Gallo.*

Interea, dum vestem militarem contemplamur, nudata
 est suis arboribus, vitibus, hortis, segete, sepibus tota, quæ
 ad Rupellam est planities, distributus in classes, & mani-
 pulos exercitus, defixa signa, obtentæ pelles, substructa lon-
 gò ambitu propugnacula duodecim inter se fossis continua-
 ta: dispositæ ex intervallo vigilibus, & excubitoribus stati-
 ones descriptione multiplici, rotundæ, quadratæ, extantes,
 depressæ, projectæ, subductæ, lunatæ, cyclicæ, hemicy-
 clicæ, triquetra, quadrangulares, variaz: per duellis denique
 civitas omni à terra aditu prohibetur: caveadum est tantù,
 ne evadat Oceano.

Vide *Oppugnatio.*

Obsessa civitatis calamitas.

Ex *eodem.*

In obsessa civitate nihil tam præsens quam fatum, ni-
 hil

hinc tam remotum erat: longa tunc longiora crimina multabantur: vita trahatur ambage malorum, & multiplicatis tuncerbis, multiplicabatur in poenam: mors denique cum vita confenserat, illa, ut votum, haec, ut supplicium fieret. Tam miserè heretici vivunt, tam ægè rebelles intereunt. Reptabant in compitis homines strigosi, macilenti, capillares, sine carne pelles, exanguia filicernia, tenues umbræ, imitationes vivorum, pallida mortis extordia, inanes corporum folles, ossium malè congesta compago, continuati ossibus nervi, vacui ventres, & quæ ruli, viri non jam viri, sed ferales hominum larvæ. Mare omnifas erat occurfus civium, crescebat mutuo aspectu calamitas, dum quisque legit in alterius fronte exaratam capitis sui tententiam.

Occaso.

Ex Maffeo lib. 7.

Magnò sibi dolore denique sensit, quam fugacia sunt occasionum momenta, & quam irrevocabilis rerum bene gerenda prætervollet opportunitas.

Occasionis effigies.

Ex Calistrato apud Caesarium lib. 11.

Cæcus autem puer erat pubescens, & ipso pubertatis flore qui se venantibus membris attulerat, gratissimus. Magna erat in primis vultus dignitate, lanuginem quatiens, & cincinnos, quos Favonio, quocumque velleret, agitando permiserat. Ad hæc floridò nitēbat colore, veluti quibusdam corporis fulgetris vernantes rosas explicaret, eratque Dionysio maxima ex parte persimilis: ac enim frons gratis emicabat, genæ regii floris instar rubentes juvenili decore fulgebant, ipsius oculis gratissima quadam tace rubores accensis. Sabat autem in globo summa pedum planta insitens, qua & pinnis volucer exilire propè videbatur: capillus non more solitò creverat, verùm coma contra supercilia repens ad genas cincinnum effuderat, occiput verò capillorum nexibus liberum rarissimos tantùm pilos à primo ortu insitos ostendebat.

Occasionis effigies.

Ex Ausonio.

Cujus opus? Phidiz, qui signum Pallados, ejus
 Quisque Jovem fecit, tertia palma ego sum.
 Sum Dea, quæ rara & paucis Occasio nota.
 Quid rotare insistis? Stare loco nequeo.
 Quid talaria habes? Volucris sum: Mercurius quæ
 Fortunare solet, tardo ego, quam volui.
 Crine tegis faciem? Cognosce nolo Sed, heus, tu
 Occipite calvo es? Ne teneat fugiens.
 Quæ tibi juncta comes? Dicat tibi. Dic, rogo, quæ sis?
 Sum Dea, quæ facti, non factique exigo poenas,
 Nempe ut poeniteat, sic Metanæa vocor.
 Tu modò dic, quid agat tecum? Si quando volavi,
 Hæc manet, hanc retinent, quos ego præterii.
 Tu quoque, dum rogitas, dum percontando moraris,
 Elapsam dices me tibi de manibus.

Oceanus. Vide Mare.

Oculi.

Ex M. Tullio lib. 2. de Nat. Deor.

Sensus interpretes, ac nuncii rerum in capite, tanquam in arce, smitiscè ad usus necessarios, & facti, & collati sunt; tanquam speculatores locum altissimum obtinent, ex quo plurima conspicientes sibi fungantur munere: quis verò opifex præter naturam, qui nihil potest esse calidius, tantam solertiam persequi poterit in sensibus? Quæ primum oculos membranis tenuissimis vestivit, & sepelit, quas primum pernicidas fecit, ut per eas cerni posset: firmis autem, ut continerentur: sed lubricos oculos fecit, & mobiles, ut declinarent, si quid noceret, & aspectum, quo vellent, facillè converterent; aciesque ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva est, ut ea, quæ nocere possunt, facillè vitet, palpebræque, quæ sunt tegumenta oculorum, molissimæ tactu,

ne læderent aciem, aptissime factæ ad claudendas pupillas, nequid incideret, & aperientias: idque providit, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. Manuque sunt palpebræ, tanquam vallo pilorum, quibus, & aperitis oculis, siquid incideret, repelleretur. & tomno, contravertibus cum oculis, ad decernendum non egeremus, ut qui tanquam involuti quiescerent.

Lætant præterea utiliter, & excelis partibus undique sepuntur: primum enim superiora superciliis obducta sudorem à capite, & fronte defluentem repellunt: genæ deinde ab inferiore parte tutantur subjæctæ, leniterque eminentes: nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis in erectas esse videatur.

Oculi indices animi.

Quid de oculorum indicibus commorem? Mirantur, adstant, concupiscunt; amoris, iracundiæ, furoris, lenitatis indices sunt; in audaciâ profillunt, in odio efferrantur, in furore scintillant, in amore blandiuntur, in lætitiâ gestunt, in mœrore languescunt, in iracundiâ exasperantur: unde tot usus, tot nomina: si mens in furorem exardeat, horridi, torvi, minaces, truculentis: si juvenilitate perfundatur, hilares, faciles, petulantes: si dolore exagitetur, turgidi, retorti, transversi: si alicujus tangatur reverentiâ, dejecti, submissi, compositi, ut alter animus videatur.

Oculorum fabrica.

Ex Conimb. 2. de Anatom. 7. q. 6.

Constant oculi septem musculis motoribus: tunicis quinque, etsi alii hæc secus numerent, tribus humoribus, duobus nervis. Musculi dati eis à natura sunt, ut globum ad aspectum facillè convertant, è quibus unus sarsam, alter deorsum; duo ad dexteram, levamque trahunt: alii duo circumferant, septimus sustinet, illigatque. Ex tunicis intima vocatur specularis, quia ut speculum nitet, & translucet. Huic proxima reticularis nuncupatur, quia venulis multis, & arteriis intexta retis effigiem exhibet. Tertia uvea, quia similis est uvæ folliculo, à quo pedunculum detraxeris. Quarta cornea, quia cornu in lamina tenuissimas insectum refert, & splendida, ac diaphana est. Quinta adnata, sive adherescens, quia ejus beneficio undique totus oculus consistit: & sibi coheret. Ex humoribus intimus dicitur crystallinus, quod crystallum pelluciditate amuletur, proximus vitreus, seu albugineus quod vitio recocto, vel ovo albescit similis, tertius aqueus ab aquæ similitudine.

Oppugnatione Rupelle.

Ex Oratore Gallo.

En jam totò Rupelle ambitu se majestas illa distendit. Virtus nullis hominibus continetur, sed impatiens claustris ultrò se jactat sui nominis, & numinis explicatrix. Parum fuerat scilicet labore superasse loci naturam, nisi artem victor noster ingenio superasset. Tota igitur continentis propugnacula jabet excitari, aggeres extrui, vallum duci, triumque leucarum circuitu Rupellam fossi, juxta, & interpositis stationibus ad communicationem armorum circumferibi. Secuta est Ducis imperium celeritas operis inestitata: hic vallum ferre, ille camænta convertere, spidesque portare, palum alius designere alius humum egerde, cœmte moliri tectam, fingere, indocere, cumulare, exaggerare: sui quoque gradus oblivisci, dignitatem labore mereri, meritum opere; maior ille prædicari, qui actiosior, ille præfici, qui plus aliquid perfecisset pro se quisque demum contendere, ne ullo laboris certamine vinceretur.

Ornatus festivus.

Ex Maffeo lib. 6.

Parietes, fornicesque viridi fronde, micantibus rosis, & pretiosò peristromate vestiantur. Fragrant odoramentis, ac floribus viæ, accensis funalibus, ac lateribus atbores, pergule, fenestra colucent; neivorum pulsu, tibiarum, vocumque concertu omnia perhorant.

Oratio qualis.

Ex *Famiano lib. 2. prolus. 1.*

Inter omnes facie primas feret, cuius oratio non cæteris quidem ornamentis destituatur, hoc tamen in primis agat, ut animorum concitationi par, nihil jacens, & languidum habeat, sed vehemens, atque eodem serè reciproca feratur: quæ saxa devolvat, auditoremque vel obfirmato, saxæque nitentem animò agat ultra, cogatque ire, quò rapiat: quæ composita veluti facie ad ingenium auditorum insinuet sese penitus in illorum mentes, atque eas pugnaci, instantique genere dicendi, modò ad iracundiam, indignationemque succendat, modò lenitate, ac mansuetudine mitiget, amore rapiat, odìo inflammat, confidentià trahat, timore retrahat, pudore suffundat, misericordià fleat, a mulatione stimulet, in omnemque partem, tanquam laxatis, retractisque habenis, impellat inertes, ac desides, simul etiam præfervidos, confidentesque pro arbitrato coercent.

Orator malus.

Ex *M. Tullio lib. 1. de Orat.*

Sunt quidam aut ira lingua hesitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motuque corporis vasti, atque agrestes, ut etiam si ingenio, atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint.

Ex *eodem lib. 2.*

Ita confusa est oratio, ita peribata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum, tantaque insolentia, ac turba verborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritate, & tenebras afferat, atque ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur.

Oratoris supellex.

Ex *M. Tullio lib. 1. de Orat.*

Non quæritur nobilitas lingue, non celeritas verborum, non denique ea, quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. In oratore autem acumen dialecticorum, sententiæ philosophorum, verba prope poetarum, memoria jurisconsultorum, vox tragædorum, gestus pene summorum actorum est requirendus.

Ex *eodem lib. 2.*

Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentius? Quis à vitis acrius revocare? Quis vituperare improbos asperius? Quis laudare bonos ornatus? Quis cupiditatem vehementius frangere accusando potest? Quis meærem levare mitius consolando?

Oratoris dictio qualis.

Ex *Famiano lib. 2. prolus. 1.*

Quid oratorie potissimum dictioni laudi tribuam, paucis absolvam. Erit ille quidem probabilis orator, qui incorruptè dicat, & accuratè; sed curam tamen dissimulet, idque veluti non agens agat, atque intelligat eam Latini, castique sermonis virtutem non tam adesse cum laude, quam deesse cum dedecore: qui non tenui venula per calenlos fluat aritudini obnoxius in æstu dicendi, sed ingenti latè copia redundet ubique tutus à metu siccitatis, modò torrentem nipsis coerceat suis, & quod præcipitur à cæcendi magistris, ubertatis luxuriam stylo depascat: qui suavi, & conspersa quasi verborum, sententiarumque floribus oratione ita delectetur, ut suavitatem amet etiam austeram, & solidam, non æquabiliter ubique dulcem, atque decoctam: qui etsi numerosè, volubiliterque ex propria memoria devolvat orationem, non ita tamen sese fugiat, quin, ubi libeat, securus, ac potens sui respiret: qui cuncta rationum momenta firmet, partemque nullam sinat otiosam esse non tamen severitate rerum quasi compressis digitis, pugnumque facientibus philosophetur, qui peractis, conceptisque ingeniosè sententiis auditorem excitet: dummodo illæ attemperatè, ac solidè cadant, nec tanquam internitentes nocti per arva cicindela ad exortum, ac lucem Solis evanescant.

Orator.

Vide *Eloquens*.

P

Parricidium.

Ex *M. Tullio tom. 1. pro Sex. Roscio.*

Etenim si (quod præclare à sapientibus dicitur) vultu sape læditur pietas, quod supplicium satis acre reperitur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura Divina, atque humana cogebant? In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita rari exitit, ut, si quando auditum sit, portenti, ac prodigii simile numeretur, quibus tandem, C. Eruci, argumentis te accusatorem censere oportere? Nonne & audaciam ejus, qui in crimen vocetur, singularem ostendens, & mores feros, immanemque naturam, & vitam vitis, flagitiosque omnibus deditam, & denique omnia ad perniciè profligata, atque perditam?

Ex *eodem ibidem.*

Magna est vis humanitatis: multum valet communio sanguinis, reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura: portentum, atque monstrum certissimum est esse aliquem humanam specie, & figuram, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut propter quos hæc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit: cum etiam feras inter sese partus, atque educatio, & natura ipsa conciliet.

Patria amor.

Quanta omni ferè ætate propensio in natale solum cunctis gentibus inhærit, quàmque strictis amoris erga patriam legibus omnes constringantur, nemo est, qui nesciat. Patriæ amore accensis militibus quid durum, tam arduum, tanque violentum obstitit, ne similes amentibus ruent, & insignia monumenta virtutis edorent? Quid referam ingentes castrorum militum æceros, captas urbes, expugnatas arces, domitas provincias? Qua dexteritate hostium insidias, petitiones eluderent, quo ardore impetum repellerent, qua alacritate turres, & propugnacula subirent, qua constantia obsessi labores sustinerent, & ingruentes hostium copias retardarent?

Erit in aeterna hominum memoria Codrus ille, qui sese in amatas hostium turmas intulit, ut patriam sanguine suo profuso tutaretur. Cunctis gentium calamis, & linguis celebrabitur Curtius, qui ut Romam à motis eriperet faucibus, sese in fauces medio delibentes fore dedit præcipitem. Clarissimum Leonidis mortem pro Græcia obitam nulla unquam ætas silentio involvet. Decii sese pro patria devotes (inquit Ozorius lib. 4. de gloria) animos nostros sibi virtutis admiratione devinciunt. Sed pro omnibus unus sit Romanæ libertatis vindex Brutus; de quo ita L. Florus l. 1. c. 9. Quam (inquit) studere revocandis in urbem regibus liberos suos comperisset, protraxit in forum, & concione media virgis cæcidit, & securi percussit, ut planè publicus parens in locum liberorum adoprasse sibi populum Romanum videretur.

Patria amor.

Ex *M. Tullio tom. 3. pro Milone.*

Me quidem, Judices, exanimant, & interimunt hæ voces Milonis, quas audio assiduè, & quibus intersum quotidie. Valeant (inquit) valeant cives mei, sint incolumes, sint beati: stet hæc urbs præclara, quomodo merita de me erit: tranquilla Republica cives mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur: ego cedam, ego abibo, si mihi Republica bonâ frui non licuerit, at carebo malâ: & quam primum tetigero beaè moratam, & liberam civitatem, in ea conquirecam.

Patria amor.

Ex

Ex Ovid. 1. Pont. 4.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Quid melius Romæ Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.
Cum bene sint clausæ caveæ Pandione natæ,
Nicitur in sylvas quæque redire suas.
Assuetos tauri saltus, affluera leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.

Pavo.

Ex Plinio lib. 10. cap. 20.

Gloriosum illud animal gemmantes laudatum ostendit
colores adverso maxime Sole; quia sic fulgentius radiat:
simul umbræ, quosdam repercussus cæteris, qui in opaco
clarus micant, conchata quærit cauda, & omnesque in
acervum contrahit pennarum, quos spectari gaudet oculos.
Idem caudâ annuis vicibus amissâ cum foliis arborum,
donec renascatur iterum cum flore, paridibundus quærit
latebram.

Pavo.

Ex D. Nazian. Orat. 34.

Qui fit, ut arrogans ille, & medicus Pavo elegantiam,
gloriamque adeo affectet elatâ cervicæ, alis aureis stellatis,
in orbem circumductis, corporis sui pulchritudinem amans
cum superbo quodâ incessu, velut in theatro spectandam
proponit.

Pavo.

Ex Dione Olymp.

Quid verò Junoniam avem, pulchellum illum Pavonem,
qui gemmat floribus, nitet purpurâ, micat aurâ, stellis radiat,
qui dum se infringit, rotat, delicias agit, & conchata
caudæ volumina expleat, magnificentissimum theatrum, aut
cælum ipsum micantibus stellis undique vermiculatum
spectatorum oculis subjicit.

Pavo.

Ex Luciano de domo.

Pavo incipiente vere ad pratium aliquod accedens,
quando flores prodeunt extensis pennis, iisque ostensis
Soli, & sublata cauda, & canque undique circa se pandens,
spectandos exhibet, & illius flores, & ver illud pennarum,
perinde ut prato ad huiusmodi contentionem, & certamen
ipsum provocante; convertit quippe se ipsum, & circumagis,
& quasi quandam pompam agit pulchritudinis suæ:
quando, videlicet, etiam admirabilior apparet ad splendorem
Solis, variantibus se coloribus, & paulatim in alios, atque
alios transeuntibus, aliamque, & novam formositatis
speciem subinde recipientibus.

Pax.

Ex M. Tullio tom. 1. pro Cluent.

Quid est tam populare, quam pax? Qua non modo ipsi,
quibus natura sensum dedit, sed etiam testæ, atque
agri mihi latari videntur. Quid tam populare, quam libertas?
Quam non solum ab hominibus, verum etiam à bestiis expeti,
atque omnibus rebus anteponi videntur. Quid tam populare,
quam otium? Quod ita jucundum est, ut & nos, & maiores nostri,
& fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet,
ut aliquando in otio esse possit, præsertim in imperio, & dignitate:
qui idcirco etiam maioribus nostris præcipuam laudem, gratiamque
debemus, quod eorum labore est factum, ut impune in otio
esse possemus.

Ex eodem tom. 3. Phil. 13.

Dulce nomen est pacis, res verò ipsa cum jucunda,
tum salutaris. Nam nec privatos focos, nec leges, nec
libertatis jura chara habere potest, quem discordiæ, quem
cædes, quem bellum civile delectat: eum ex numero
hominum exterminandum, ex finibus naturæ rejiciendum
puto.

Pax.

Ex Tibullo lib. 1. Eleg. 10.

Interea pax arva colit, pax candida primum

Duxit araturos sub juga curva boves.
Pax aluit vites, & succos condidit uvæ,
Funderet ut nato testa paterna meru.
Pace bidens, vomerque vigent; at tristia duræ
Militis in tenebris occupat arva situs.

Ex Silio lib. 11.

Pax optima rerum,
Quare homini novisse datum est: pax una triumphis.
Innumeris potior: pax custodire salutem,
Et cives æquare potens.

Pensiles horti.

Ex Q. Curtio lib. 2.

Super arce vulgatum Græcorum fabulis miraculum;
pensiles horti sunt summam murorum altitudinem æquantes,
multarumque arborum umbra, & proceritate amœni.
Saxæ pilæ, quæ totum onus sustinent, instructæ sunt.
Supra pilas lapide quadratò solum stratum est patiens
terræ, quam altam injiciunt, & humoris, quo rigant:
adeoque vastas arborum sustinet moles, ut stipites earum
octo cubitorum spatium crassitudine æquant, in quinquaginta
pedum altitudinem emineant, & frugiferæ æquæ sint, ac si
terra sua alerentur: lati parietes sustinent undecim pedum
intervallo distantes, ac procul visentibus sylvæ montibus
suis imminere videantur. Syriæ Regem Babylone regnantem
hoc opus esse molitum memorie proditum est, amore conjugis
victum, quæ desiderio nemorum, sylvarumque in campestribus
locis, virum compulsi naturæ genium amœnitate hujus operis
imitari.

Peristroma.

Qui texturam exercent, & acia pingunt: quando peristroma
aureis, & argenteis filis illudunt, variant, & discriminant,
tanta solertia, & artis acumine, ut contuentium fatigetur
acies, dum modò illis, modo aliis intenta ludibriis, minutum
conspicit, quibus se ad invicem connectentibus nodis,
quibus se ad invicem connectentis panni nexibus, quibus se
labyrinthis voluminum modo agglutinato argento protuberent,
modò in diversas, ac dissimiles animantium formas abeant,
modò in spumantis fluvii, aut ferocientis Oceani speciem
sintuentur.

Pestis.

Ex Anonymo.

Ob inclementer cæli temperiem, corruptumque æris,
vel cæli tractum grassari cœpta est lues, quæ congestis
mortalium funebribus strata passim compita, ad horrendum
vitæ spectaculum, & deplorandum vivis, qui aderant,
ostentabat. Villæ, pagique cultoribus nudabantur.
Civitates in solitudinem erant redactæ. Videres tot senes
cæde liberorum gravius, quam ferro peremptos: tot liberos
orbatos, tot anus destitutas, tot divites ad inopiam
reductos, &c.

Pestis.

Ex Virg. Aeneid. 3.

Jamque fere sicco subductæ litore puppes,
Connubiis, arvisque novis operata juventus.
Intra domosque dabam, subito cū tabida membris,
Corrupto cæli tractu, miserandaque veni.
Arboribusque, fatisque lues, & lethifer anas;
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora: tum steriles exorere Sirius agros:
Arabant herbae, & victum seges ægra negabat.

Philomela. Vide Luscinia.

Phoenix.

Ex Plinio lib. 10. cap. 2.

Haud scio, an fabulosè unum in toto orbe, nec visum
magnoperè. Aquilæ narratur magnitudo, auri fulgore
circa colla, cætera purpureus, cæruleam rosæ caudam
pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumeo
apice cohonestante. Primus, atque diligentissimus de eo
prodidit, Manlius senator ille maximis nobilibus doctrinis,
neminem extitisse, qui vidisset vescentem

Kk 4

tem, sacrum in Arabia Soli esse, vivere annorum DLX. senescentem casca, charisque farcolis construere nidum, replere odoribus, & super ambrosia ex ossibus deinde, & medullis ejus nasci prius cen vermoulam, inde fieri pullum, principique iusta tueri prius reddere, totum deferre nidum prope Panohiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere.

Ex Maffeo lib. 2.

Valde inusitata, & esse iocosa quare est animal, quod ab re ipsa L. Strani Peritiam appellat, ceregonom ferme magnitudine, sed rostro feciorem ad aspectum, & ungibus ad digitorum similitudinem prononcentibus. Huic ex occipio existens coma cervicem velat, lentoque ipsa ventris adipe verro humum, neque unquam in pedes exurgit: denique tam tarde movetur, ut quindecim ipsis diebus ad lapidis lectum continuo tracta vix prodeat. Vicinat arborum foliis, & in earum cacuminibus degit, plerumque, quarum in ascensu biduum circiter, tantundem in descensu ponit: neque vero adhortationibus tantum aut iuris, sed in plaris quidem, sultibusve belliam, vel tantillum de mica ignavia, ac tarditate dimoveas.

Testis Claud. 1. de R. pru.

Igitur delato in conspectum Ceilani Scario, & Colubanam precipue oram oculis perlustranti locus occurrit ad navium appulsus, & arcis adificationem idoneus: hanc figura litus in mare procurrat: curvoque anfracta capacem efficit portum, in quem ex insula navigabile flumen illabitur.

Testis Ovidius Fast. 4.

Apponite mihi pratum, ubi regis, ac serena vernet temperies, tellusque ipsa, quanta est, in omnigenatis, ac dissimilem floram varietatem effusa, innumeris pene coloribus distingatur. Estce aliquid, quod nitere magis motetur oculos ad videndum, odore excitet naves ad subodorandum, pulchritudine invitet manus ad carpendum?

Testis Claud. 1. de R. pru.

Pratorum spoliatur honos: hae illa fascis.

Imexit violis: hanc mollis an aracus ornata

Hae graditur stellata rosas, hae alba ligultris.

Valle sub umbrosa locus est aspergine multa

Humidas ex alto desilientis aquae.

Tot fuerant illic, quot habet natura colores,

Praeque dissimili flore nitet bar humus,

Prada puellares animos ebl: duc inanis;

Et non sentitur sedulitate labor.

Hae implet lento calathos & vimine nexos,

Hae gremium, laxos degavat illa sinus.

Illae legit carthas, huic suat violaria corae,

Illae papaveras sublece, ungue comas.

Prada ingens.

Ex Q. Curtio lib. 3.

Jacebant totis campis opes regiae, illa pecunia stipendium ingenti militum preparata, ille cultus tot nobilium vicorum, tot illustrium seminarum, aurea vasa, aurei frani: tabernacula regali magnificentia ornata, vehicula quoque a suis destituta, ingentis opulentiae plena, facies etiam praedantibus tristes, siqua res avaritiam moraretur: quippe tot annorum incredibili, & fidem excedente fortuna cumulara, tunc alia stirpibus dilectera, alia in cenam demersa eruebantur: non sibi ciebat praelantium manus praeda.

Pradaio crudelis.

Ex Ozerio lib. 5. de reb. Emman.

Duodeviginti L. sitani avantia cecati sunt, tantum enim in scaham eius, & praedam impofuerunt, ut

scapha demersa omnes interirent: scapha vero illorum pondere levata rorsus emerfit. Tantaque fuit in caeteris militibus immanitas, ut ne quidquam illos a praedandi studio remorari posset, manus mulierum multarum praeciderint, quo amore labore illis annulis, & armillis detraherent.

Princeps optimus.

Ex Anonymo.

Fuit Princeps noster forma excellens, innocentia eximius, sanctitate praecipuus, eloquentia copiosus, dux bello peritissimus, civis in toga modestissimus, amicitiam tenax, in offensis exorabilis, in reconcilianda gratia, & accipienda satisfactione facillimus: potentia sua nunquam ad impotentiam usus. Superavit a quiete gratiam, virtute ambitionem. Nam facere recte civis: suos Princeps optimus faciendo docet: cumque sit in perio maximus, exemplo maior est.

Princeps supra laudem.

Ex Oratore Gallo.

Votis publicis oratores alii suorum Principum facta commendant, faciam ego, ut intelligant universi, te tuis factis, Rex Angustissime, vota omnium superasse: & si vira universorum, quanto magis mea unius praecentia superasti? Quidquid tamen de te dixerimus, dictum erit magnifice, quia nihil fecisti hominiter, & demisse, toties amplissime laudaberis, quoties verè, qua gesteris, mirabuntur, rursusque toties vera de te audies praedicari, quoties recitabuntur an phisima. Ornasti tu tua facta: corrupet, qui melius ornare voluerit. Mitto igitur esse sollicitus de cultu orationis, postquam tantus est splendor in ipsa materia.

Principis officium.

Ex M. Tullio tom. 2. pro Rabirio.

Quamobrem si est boni Consulis, cum cuncta auxilia Republicae labefactari, consellique videat, ferre opem patriae, succurrere saluti, fortissimeque omnibus, implorare civium fidem, suam salutem posteriorem saluti communi ducere: est etiam honorum, & fortissimi civium, quales vos omnibus Republicae temporibus extitistis, intercludere omnes seditionum vias, munire praedia Republicae: summum in Consulibus imperium, summum in Senatu consilium putare: ea qui secutus sit, laude potius, & honore, quam poena, & supplicio dignum judicari.

Procella. Vide Tempestas.

Propugnaculi instructio in mari.

Ex Oratore Gallo.

Ingesta generis omnis fabricura, maxima vis lapidum temere pecti in profundum, superaddita cumulo grandia pondera. Sed Oceanus, dum belluatur accepta, novis pabulis inhaec, quin ponderibus attollitur, effunditur, & parte omni fauces aperit, qua pabulum objeceris. Opposita quidem stercus eluctabantur repagula, sed adhuc soluta machinatio sine compagibus erat, sine commixtura, sine cemento, suis tantum librata, firmataque ponderibus: hiabat male materiatus murus aquas transmittens, conferti sine ordine lapides cum fluctibus luctabantur, & trahebantur in praecipit: temeraria demum, & indigesta illa substructio, nullo nisi fundamento hosti rursus ciebat, metum asserbat militi, animos addebat Regi, qui malit cum natura lactari, quam cum fortuna triumphare. Neque vero diu stetit sine nexu fabrica, sed se ipsas aquae prodiderunt, quae, dum se in rimas saxorum insinuant, & erudum parietem interlucens tentant inconditam laxare compagem, secum caecotam fuliginem convectabant, & laeo quovis glotine tenaciori congeriem arida officiose adstrangebant.

Plutacus.

Ex A. pul. lib. 2. florid.

Color plutaco viridis ex intamis plumulis, & ex imis

mis palmulis; nisi quod sola cervix distinguitur. Eum vero cervicula ejus circulo niveo, velut aurea torques, pari fulgoris circumactu cingitur, & decoratur: rostri prima duritia cum in petram quantum concinis altissimò volatu præcipiat, rostro se velut anchora excipit. Sed capiti eadem duritia, que rostro: cum sermonem nostrum cogitur æmulari, ferrea clavicola caput rinditur: imperium magistri, ut perferat, hæc ferula discenti est. Disce enim pulvis usque ad duos ætatis suæ annos: senex autem captus indocilis est, & obliviosus. Ad disciplinam humani sermonis facilior est pstratus, qui glaudesceat, & cujus in pedibus, ut hominis quini digitum numerantur.

Puer. Vide *Ætas hominis.*

Puena conserta.

Ex Massio lib. 10.

Ibi contracta repente pugna. Aialus casside munitus, & maculis ferreis, prælongam vibrans utraq; manu romphæam, in hostes subbundus invehitur; at dum hastatis, ac fistulatoribus incautos objecit sese, cum undique peteretur, vulnerebus aliquot acceptis, in arma procubuit: & simul, ut erat egregiis viribus, momento resurgit, ac dissimularò aliquandiu dolore, ne suis trepidationem injicerat, ante prima signa perrexit.

Pugna initium.

Ex Q. Curtio lib. 4.

Tum verò universa futuri discriminis facies in oculis erat: armis insignibus equi, & viri splendebant, & omnia intentiore cura præparavi sollicitudo. Prætorum agmina sua interequitantium ostendebat: ac pleraque inania, sicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor sollicitam expectatione mentem turbaverant.

Pugna duorum simul cadentium.

Ex T. Livio Dec. 1. lib. 2.

Aruns ubi ex lictoribus procul esse Consulem; deinde jam propius, ac certius facie quoque Brutum cognovit: inflammatus irâ, ille est vir, inquit, qui nos extorres expulit patriâ, ipse enim nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Du regum ultores, adeste. Concitat calcariibus equum, atque in ipsum infestus Consulem dirigit, sensit in se iri Brutus, avideque se certamini offert; adeoque infestis animis concurrerunt, ut neuter, dum hostem vulneraret, sui protegendi corporis memor, contrariò ictu per parmam uterque transfixus, duabus hærentes hastis moriundi ex equis lapsi sunt.

Pugna navalis.

Ex Famiario lib. 2. prol. 3.

Bragadinæ quinqueremes duæ inusitatâ magnitudine, & duplici grandium tormentorum versu formidabiles ante cornu paulum progressæ se in hostium classem induxerant primæ, atque explosis à fronte, à tergo, à latere tormentis, multis momentò perforatis, dilaceratisque Othomanorum navigiis, trepidari primum, mox etiam inclinare dexterum cornu cepit. At Mahometes simul vociferans, simul acinace in timidissimum quenque irruens trepidationem sistere adhibebatur. Sed frustra omnia, cum nihil à quinqueremibus intermitteretur, sed repetitâ ingruentium vi globorum passim perterebratis navium lateribus ingens ederetur classiariorum, ac remigum strages. Et verò atrox spectaculum fuit infecta sanguine maria contueri, mutuas, ac vulneratas ubique naves, fluitantes malos, remosque juxta, ac informia cesorum cadavera, & trunca, animæque adhuc plena complurium membra per undas miserè colluctantium.

Vide *Naumachia.*

Pugna vitiorum cum virtutibus.

Ex M. Tullio tom. 2. Catil. 2.

Ex hæc parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia, illinc stuprum, hinc fides, illinc fraudatio, hinc pietas, illinc scelus, hinc continentia, illinc libido; denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes cum impietate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: postremò copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatone configit.

Pulcher, & blandus.

Ex Cassino lib. 11.

Intuemini, si placet, homineam, ut ab imis unguiculis ad verticem usque totus est pulchellus; quæ frontis exporrectæ serenitas! Quæ suavitas oculorum! Quæ venustas oris! Quæ ridentis ad singula vultus amœnitas! Quot in facie Veneres! Quot volitant Cupidines! Quot roseis labellis insident Sirenulæ. Cernite, ut dentes habet nitidos, Indico ebore, vel primâ nive candidiores! Ut longos, ac graciles digitos magnæ, lucentesque gemmæ incendunt! Quid, quod comam habet scitissimè à tonsore magistro rotundatam, madentes cincinnorum fimbrias, molles, cerussatasque buccas, vestes fericas, subfericas, holosericas, quarum quotidie mutat colores. Quacunq; pergit, hic pullulare rosas, fluere balsama, nasci seplasmam dices. Sicut pavò contractis caudæ voluminibus, & versicolore plumarum amictu superbiens se frequenter intuetur, cervicem rotat, gradum frangit, & sic in vicis ambulat, ut personatus rex in tragædia spectans frequenter, an ipse spectetur?

Ex Seneca 7. nat. 1.

Nondum satis robor omne projecimus, adhuc quid quid est boni moris, extinguimus; levitate, & politura corporum muliebres munditias antecessimus, colores meretricios matronis quidem non indendos viri sumamus; tenerò, & molli incessu suspendimus gradum, non ambulamus, sed repimus; exornamus annulis digitos, in omni articulo gemma disponitur; quotidie cominiscimur, per quæ virilitati fiet injuria, ut traducatur, quia non potest exui.

Pulchritudo.

Ex Virg. Æn. 1.

Restitit Æneas, claraque in luce refulsit,
Os, humerosque Deo similis: nanque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque juvenatæ
Purpureum, & latus oculis afflarat honores:
Quale manus addunt eborei decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariusve lapis circumdatur auro.

Pulchritudo pueri. Vide Occasio.

Pulchritudo juvenis. Vide Ætas.

R

Recreatio honesta.

Ex M. Tullio tom. 3. pro Celio.

Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sospita virtus conniveret, & interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset: & multarum rerum jucundissimarum varietatem dedit, qua non modo hæc ætas, sed etiam jam corroborata caperetur.

Ergo hæc deserta via, & inculta, atque interclusa frondibus, & virgultis relinquatur, detur aliquid ætati; sit adolescentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur; non semper superet vera illa, & directa ratio; vindicet aliquando cupiditas, voluptasque rationem, dummodo illa in hoc genere præscriptio, moderatioque teneatur.

Regio optima.

Ex Q. Curtio tom. 3. lib. 2.

Terra lini ferax, inde plerique sunt vestes. Libri arborum ceteri, haud secus quam ceræ literarum notas accipiunt. Aves ad imitandum humanam vocem dociles sunt. Animalia inusitata cæteris gentibus, nisi insecta. Eadem terra rhinocerotas alit, non generat. Elephantorum maior est vis, quam quos in Africa dominant, & viribus magnitudo respondet. Aurum flumina vehunt, quæ levi, modicoque lapsu segnes aquas ducunt. Gemmas, margaritasque mare littoribus infendit; neque alia illis maior opulentia causa est, utique postquam vitiorum commercium vulgare in extera gentes, quippe æstimantur purgamenta æstuantis freti pretio, quod libido constituit. Vide Uberras.

Regio Brasiliæ amœna, & fertilis.
Ex Maffei lib. 2.

Regio ferme tota imprimis amœna est, cœli admodum jucunda, salobrisque temperies, lenium quippe à mari ventorum flatus commodissimi matutinos vapores, ac nebulas tempestivè dijjiciunt, Solesque purissimos, ac nitidissimos reddunt. Scater ea tota ferme plaga fontibus, ac sylvis, & amnibus inelytis. Est (ut reliquos raceam) is, quem Argenteum vocant, leucarum quadraginta ostio in mare fertur adeo violentus, ut inde navæ dulces hauriant latices, priusquam tellurem ex alto conspiciant. Terra partim in planitiem expatians, partim in colles elementer assurgens, felix præpinguibus glebis & riguo solo, semperque vernante, credita semina multipliciter reddit sanore, ac sacchari præsertim ferax est, quod celeste donum, Africæ melli multis partibus præferendum, proceris arundinibus condita natura: è quibus aquaria mola dulcissimus humor expressus in ænis ad purum excoquitur: tum formis in panes cogitur ad metæ figuratur: deinde rufus, ubi libuerit, eliquatus artifice manu pigmentis ad instar certæ varias in effigies indistincta pene verisimilitudine trahitur.

Regio Sinarum temperata, & uberrima.
Ex Maffei lib. 6.

Tellus maxima ex parte intra temperatæ plagæ terminos continetur, radiosque Solis, sapte natura vitales, puro, ac patenti excipit sinu: sic fit, ut saluberrimò cœlo, & purioris auræ dulcedine persufatur: ac simul inclyta fertilitatis glebam, fœcundæ omni generis fundat copiam bifero, triferoque proventu. Accedit ad eximiam soli fœcunditatem summa cultorum industria. Pascua etiam sunt gregibus ætatis liberrima, & in hortis egregiè cultis cum alia nostri orbis poma, tum sapidissimos melopepones, suavissima, & optima pruna, ficusque, & medica citrea variæ formæ, ac saporis, aprime generosa mala conspicias. Ad hæc perspicui fontes, & mirò colorum decore, odorumque fragrantia flores, ac rosa perennant. Flumina verò, quæ magnas quoque patiuntur naves, piscosa, & amœna viduissimè riparum vestium, pinquibus arvis interfluunt: quibus & o a mari sua pluribus introrsum æstuantis ad omnium rerum copiam invenendam, evendendamque facili patet accessu.

Ingentem præterea volucrium, & ferarum vim ad aucupium, & venarum paludes, in silvasque suppeditant. Metalla auri, & argenti, & ferri probatissimi, & alia incolæ effodiunt. Margaritas, & præcipue nobilitatis vasa fictilia, quæ vulgo porcellana dicuntur, pretiosas pelles ad arcendum frigus: itemque gossipii, lini, lana, bombycisque, & serici lana, vestemque omnis generis mittit innumerabilem. Sacchari, & mellis, & rhabarbari, casure, mumi, glastique tingendis vestibus expetitii proventus ingens: odoramentis cum aliis abundat, tum præcipue moscho (cujus nullam apud Latinos, Græcosve Scriptores mentionem invenio) è felibus quibusdam vulpecularum effigie cædore verberare

nectis, deinde putrefactis. Denique nihil aliunde non ad vitium modo, cultamque, sed ne ad delicias quidem, ac voluptates requirunt.

Respublica feliciter administrata.
Ex Anonymo.

In hac Republica administrata feliciter revocata est in forum fides, subnata à foro seditio; ambitio campo, discordia curia sepulta: justitiæ æquitas, industria civitatis reddita: accessit militibus autoritas, senatui majestas, judiciis gravitas: compressa theatralis seditio, rebus faciendi omnibus aut incussa voluptas, aut imposta necessitas Honorantur recta prava puniuntur: suscipit potentem humilis, non timet: antecedit, non contemnit humiliorem potens. Quando annona moderatior? Quando pax lætior? Diffusa in Orientis, Occidentis, que tractus, & quidquid meridiano, aut septentrione finitur, pax augusta.

Rex ornatus.
Ex Maffei lib. 1.

Rex Zamorinus in ornatissimo lectulo decumbebat, gossipina candoris nivei tunica indutus, aureis conspersa rosis, gemmeis fibulis admirabili splendore connexa. Caput cum pretiosis inauribus pileus aureus contegebat, in ciamam exurgens, vario gemmarum, unionumque contextu Brachia, curaque de more gentis nuda armilla ex auro decorabantur baccis distinctæ clarissimis. Pari fulgore lapilli annulis inserti complures, è pedum æque, ac manuum digitis emicabant.

Rhinoceros.
Ex Jovis lib. 4. Elog.

Rex Emmanuel ad extendendam subactæ ab se India laudem, dignum fama sua raris, si recentis muneris gratiam novo munificentia officio cumlaret, rhinocerotem etiam misit, qui ex itinere longissimæ navigationis in litus provincie Narbonensis expositus, insigni Gallia spectaculo fuit. Erat hæc bestia paulo humilior elephanto, si altitudinem spectes, sed longitudo prope par, nostratis bubali formam referens: nam ungulas habet bisulcas, verum tergo buxi coloris coque ab impenetrabili duritie duplicato, tanquam perpetuo thoraçe protegitur, armaturque pedali osseo cornu supra nares eminentè, quo ferire sub utero, atque transfodere elephantiem peculiarem suum hostem solet, si tamen injectæ ad collum occyllinæ strangulantis proboscidis vim effugiat: nam in congressu perpetuè simulari aut parva victoria, aut cætrè decora morte satisfacit.

Rosa.

Ex D. Ambrosio hexam. lib. 3. c. 11.

Surrexerat ante ea floribus immixta tenetis sine spina Rosa, & pulcherrimus nos sine ulla fraude verbat: postea spina tepit gratiam floris, tanquam humanæ speculum præferens vitæ: quæ suavitate perfuctionis suæ similitudinis curarum simulis sæpe compungat.

Rosa.

Ex Plinio lib. 21. cap. 4.

Rosa nascitur spina verius, quam fructice, in rubo quoque præve lens: illic etiam jucundi odoris, quavis angust. Germinat omnis primo granoso inclusa cortice, quò mox intumescente, & in virides alabastròs fastigiat: paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit in calicis medio sui stantis complexa luteos apices.

Rosa planta.

Ex Oratore quodam.

E sæcundis parentis terræ visceribus, quibus adhuc jactis saltem radicibus, & sparsis undique fibris adhaerentibus

vescit, in salutarem aëris usuram prodit rosarum genitrix planta, generose sobolis, florulentæ familiæ sericem expositura copiosam. Multiplis ex uno caudice rami diffunduntur in virgula, scabro cortice tecta, patulisque sentibus obarmata. Tenuiores inde, viridesque sinuuli sparguntur, quorum internodia frequentes sepiunt spinæ. Folia quoque geniculatim indicem proferantur in oblongum rotunda, tactu aspera, distinguente medium nervo, ac venulis ab eo fluentibus intersecta: in summo vero margine crebris incisæ, & quasi ferrata per ambitum.

*Rosa Flor.**Idem prosequitur.*

Sirculorum fastigio periculis imminet sustinens florem, atque subiectum globulum, seu capitulum mordaci lanugine refectum. Calyx inde protuberat, sive folliculus rosæ, qui primo conchus, undique concolor, virentibus, ac laciniosis fastigiatur alabastris, & cortice granoso nondum luci maturum cohibet fectum. Mox involuero tumescente, & parturiente quodammodo papillato corymbo, conditus rabor paulatim aperitur, & purpurantem dehiscit in nympham.

Ad extremum pompa colorum penitus patefacta, partuque rosæ pulcherrimæ nativum in calathum liberè, ac liberaliter effuso, tota venantium foliorum explicatur ambitio, ardentissimo superne colore profuso, sub albidis inferne unguibus ad calycis umbilicum coactis. Hinc verò ad coronamentum operis, in orbe crebra flaminum capillamenta consurgunt luteis, vel potius aureis apicibus terminata. Sic aurò coronatur, quæ spinarum consortium amat rosa, illustri documento, vel spinosum esse aurum, vel aureas demum evadere spinas, quæ virtutem exacuunt, dum exercent.

*Rosa nativitas, & ætas.**Idem prosequitur.*

Hæc igitur solis, ac Terræ nobilis filia, quæ multum instar habet genitoris in crinibus; genitricis in brachiis: quæque tanquam progenies regia ab utroque parente (Sol enim cælestium orbium, Terra frequentium urbium obtinet regnum: & ille radiis redimitur, hæc montibus) ubi primum oritur, nativo excipitur in ostro; mediis habet in hastis incunabula: & quod prodigium est magis admirabile, quia magis consuetum, nascitur coronata, hæc, inquam, rubore notabilis virguncula, quæ virentibus involuta fasciis matutinò rose quasi nutriticis Auroræ lacte succrescit; ubi ad floridam adolevit juventutem, & suæ prænuncios misit maturitatis odores, si nimis diu publicæ mundi luci se vulget, atque è viridi scena rubentium foliorum efferens pompam, spectatoribus oculis placere studeat, & plausum capiet ad ilatricis auræ: nimirum veram dixeris, quam dat rosa tragediam: cum & unius diei, aut potius breviori spatii actio universa, hoc est vita pulchritudinis eximie definiatur: & tantâ contingat in formosissimo flore mutatio, ut mox accisis foliis, quasi membris ad terram conternatus miserè devolvatur, floris cadaver, ventorum ludibrium, calcantium pedum opprobrium.

*Rupes.**Ex Q. Curt. lib. 6. & 8.*

Prærupta erat rupes, quæ spectat Occidentem, eademque vergit ad Orientem, leviori submissa fastigio, multis arboribus obfita. Perennem habet fontem, ex quo largæ aquæ manant: Cirenitis ejus nonaginta duo stadia comprehendit. Petra, non ut pleræque modicis, ac mollibus clivis, in sublime fastigium crescit, sed in metæ maximæ modum erecta est, cujus ima spatiosiora sunt, altiora in arcibus coeunt, summa in acutum ca-

cumen exurgunt. Radices ejus Indus annis subit præaltis utrinque asperis ripis. Ab altera parte voragine, eluvionefque præruptæ sunt; nec alia expugnandi patebat via, quam ut replerentur.

S

*Sagacitas Oratoris.**Ex Famiano lib. 1. prolus. 1.*

Oratori interdum contingit congruere eo cum homine, cujus ingenium per se latens, multiplex, ac tortuosum, ubi se queri sentit, deque rebus suis agi, ita se nescio quos intra flexus, atque anfractus abdit, sepi, obstinatèque concludit, ut nulla via, nisi Theci filo, id est, sagacis prudentiæ ductu adiri, extrahique posse videatur. Hinc illa indagatrix solertia opportunitatum, locorumque observatio, temporum providentia, statum conjectura, omnium delectus, quibus Orator adeo tempestivè aditus tentat, occasiones providè venatur, sedes, ac loca sagaciter explorat, rem ipsam vestigiis pene omnibus odoratur, ut insinuat semel in hominis animum de gradu, deque fortunis suis sedere persuadeat.

Sapientia.

Iis Minervæ dotibus excellis, ut in te ad constituendum scientiarum omnium domicilium contendisse cum arte natura viceatur. Natura suis te adeo cumulavit muneribus, ut nervos omnes intenderit, omnesque vires, & opes in tuum ingenium, & memoriam effuderit. Eaque nanque tua est memoriæ tenacitas, ut quæcumque illi commendaveris, tempore brevissimò apprehendat, & in longissimum retineat: ea mentis acies, ut nihil sit adeo tenebricosum, quod non illustret, adeo complicatum, quod non enodet, adeo sublime, quod non assequatur, adeo reconditum, quod non perforretur. Quid, si vellemus tuam scientiam, & verborum ubertatem commendare? Atque Plato, & erubescat Aristoteles, sileat Tullius. Te nempe ad propulsandum acrior, ad arguendum subtilior, ad stabiliendum firmiter, ad exponendum uberior.

*Scyphus.**Ex Furselino apud Cassinum lib. 11. d. 144.*

Scyphus egregius erat; & gemma excavata, lapidem Lazuli vocant hodie (ut quibusdam placet) saphyrum appellabant. Hæc gemma eximia magnitudine est, & aureis internitet veni. Operculum scyphi crystallinum tornatile, quod aut circumclusum clarissimæ gemmæ distinguunt. Porro in summo operculo Angelus aureus Gallici regni insigne lilium adamantinum sustinet manu. Constat quippe lilium ex tribus adamantibus miræ arte alligatis. Scyphi pes smaragdinus auro obducitur, atque subternitur circa gemmis eximiis, & unionibus adornatus: in ipsa smaragdini pedis solea, quam auream esse diximus, doni achor, & causa literis incisæ: *Henricus 3. domi misit a Virginem Lauritanam pro imperanda virili sobole, anno M. D. LXXXIV. per Lusitanum nuncium.*

*Selopus.**Ex Maffeo apud Cassinum lib. 11. d. 145.*

Nondum apparueran gentibus iis novæ subtilitatis, & operis admirandi basitæ, oblongum in tubum, & æqualiter teretem ex aere fusili figuratæ: quæ non funibus, aut nervis intentæ singula mittunt spicula: sed inexcogitata præcis ratione, ad applicatos tenui ab tergo foramine igniculos, cum incremento multiplici rapiendos certos primum nitrati, ac sulphurei pulveris modulo temperatæ: deinde inferos ore patente ferreos ex arte globos, catenatque, & lia obturamenta, fulminum instar flammis eluctantibus, cum horrendo fragore contorquent.

Singl

Silice. Vide *Aras hominis.*

Sermo. Vide *Oratoris dictio.*

Serpens.

Ex Virg. Aeneid. 3.

Dixerat hæc; adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras,
Cæculeæ cui terga nota, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor: veni hubibus arcus
Mille trahit varios aduerso sole colores.

Serpens.

Ex Statio Theb. 4.

Interea campis nemoris facer horror Achæi
Terrigena erigitur serpens, tractuque soluto
Immanem sese vehit, & post terga relinquit,
Livida fax oculis, tumidi stat in ore veneni
Spuma virens: ter lingua vibrat terna agmina adanci
Dentis, & auratæ crudelis gloria fontis.

Simulator callidus.

Ex Caussino lib. 11. dese. 39.

Simulator talis est, qualem difficillime capias, nisi
fueris idem. Hominem dices vulpeculam habere sub
pectore: ita solers, varium, versatile, multiplex ad om-
nia fingit ingenium: sæpe blanditur, blande sævit, ab-
stinatur superbe, seruit humiliter, facie animæ est non
nunquam liberali, latis, & illustribus oculis, ore facundus,
sermone civili, veste speciosa, ad omnem rationem hu-
manitatis, ut videtur, compositus. Hic si tecum congru-
diatur, subridens semivoculas franget, verba concidet,
sive natura, sive assuetudine suspensa sæpet, & obscu-
ra. Quod si ad ingenium ars accedat, & sensus suos de in-
dustria tegere nitatur, non jam senca, sed vera loquetur æ-
nigmata.

Sol.

Ex M. Tullio lib. 2. de Nat. Dtor.

Ex quibus Sol, cuius magnitudine multis partibus ter-
ra superatur, itque oriens, & occidens diem, noctemque
conficit: & modo accedens, tum autem recedens binas
in singulis annis reversiones ab extremo contrarius facit:
quarum intervallo tum quasi iusticia quadam con-
trahit terram, tum vicissim laxificat, it cum cælo hilarata
videatur.

Sol.

Ex Anonymo.

Sol amplissima magnitudinis, sedas masculam, non
temporum modo, terrarumque, & siderum etiam ip-
sorum: cæli rector, communis naturæ arbiter, nitens
orbis, mundi animus flammivomi evehens equis, occu-
simo rotatus gyro ambit omnia. Hic læmca rebus mini-
strat, hic reliqua decet a sidera, hic annum semper renas-
centem ex usu naturæ temperat, hic senerat cæteris lu-
cem sideribus, & humani nobis animi serenat: sub
ortum ardet, ad umbilicem radiat ad occasum pallescit:
tandem omnia fecundat, illustrat, annia, & elementissimis
radiis circumvestit.

Sol.

Ex Claudiano de Probo, & Olybrio.

Sol, qui flammiferis manditæ complexus habentis,
Volvis inextinguibilem radiantia siera motu,
Spargit diem meliore contra, cinemque repecte,
Blandis elato surgant tæmoni jugales
Efflantes roseum frænis spumantibus ignem.

Sol index temporum.

Ex Virg. Georg. 1.

Sol quoque & exoriens, & cun se condet in undas
Signa dabit: solem certissim signa sequentur,
Et que mane refert, & qua surgentibus astris,

Florigli pars tertia.

Ille ubi nascentem maculis variaverit ortum
Conditas in nubem, medioque refugerit orbe;
Suspecti tibi sint imbres: nanque uiget ab alto
Arboribusque, fatisque Notus, petoique sinister,
Aut ubi sub lucem densa inter nebula sese
Diversi erumpent radii, aut ubi pallida surget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Heu, male tum mites defender pampinus uvas:
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grandæ.
Hoc etiam, emento cum jam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis: nam sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores:
Caruleus pluviam denunciat, igneus Euros.

Solicitudo. Vide *Cura.*

Somnus.

Ex Virg. Aeneid. 6.

Tum me confectum curis, somnòque gravatum
Infelix habuit halamus pressisque jacentem
Dulcis, & alta quies, placidæque simillima morti.

Somnus.

Ex Ovidio Met. 11.

Est prope Cimmeriis longò spelunca recessu,
Mons cavus, ignavi domus, & penetrata somni,
Quo nunquam radiis oriens, mediusve, cadensve
Phæbus adire potest: nebula caligine mixta
Exhalantur humo, dubitque crepuscula lucis,
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Evocat auroram, nec voce silentia rumpunt
Sollicitive canes, canibusve sagacior anser:
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæ sonum reddunt convivia lingua,
Muta quies habitat: saxo tamen exit ab imo
Rivus aquæ Lethes, per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus vada lapillis,
Ante fores antri fecunda papavera florent,
Innumeraque herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.

Spes fallax.

Ex M. Tullio 3. de Orat.

O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, &
inanes nostras contentiones! quæ in medio spatio sæpe fran-
guntur, & corrunt, & ante in ipso cursu obruuntur quam
portum conspiciere poterant.

Stratagemata militaria.

Pulchrum illud commentum Aulii Posthumii adver-
sus Latinos Dax enim callidissimus, ut suorum defi-
cientes animos erigere, juvenes duos liberalis speciei
armis fulgentibus, & equis candidis invehos immitit,
cumque inclamasset auxilio venisse Castorem, & Polu-
cem, tanta Romanis alacritas, tantaque hostibus terror
incussus, ut statim victoria sequeretur. Pulchrum, & il-
lud Potii duces Samnitum, qui Romanos mirabili eventu
ad Caudinas furcas ita clausit, ut omnes ad unum sub ju-
gam miserit.

Quid plura? Epaminondas præmissis equitatu pulve-
rem excitat, ne conspiciatur à Lacedæmonis: inde cir-
cundato exercitu, cum expectaretur à fronte, hostem
à tergo cecidit. Ventidius pugnatum in Parthos, vi-
cinius hosti eduxit militem, quo retrocedendi facultatem,
& sagittis eminus pugnandi usum demeret. Africanus
nocte inexpectatâ Syphacis, & Asdrubalis castra incen-
diò delevit, Antiochus Galatis bellum illaturus eas ani-
mo frandes architectatus, ut elephantos in obscuro col-
locari jussit, quo manibus jam utrinque confertis, repen-
te effunderentur, & hostilem exercitum turbarent.

Studia literarum.

Ex M. Tullio cum, 3. pro Archia.

Nam

Nam cetera neque temporum, neque aetatum omnium, neque locorum: haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium, ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Superbus.

Ex Caussino lib. 11. de se. 33.

Videre, si placet, hominem: moriar, ni totus ex facta, atque arrogantia, & iniquissimo genere superbiae constatus est. Hic est, qui imperio orbis terrarum suo supercilio, ut Atlante, caelum niti putat: nec jam meminuit, quod homo sit ex argilla, & luto factus, quin imo se ex astris lapsum putat, & qui incertos habet parentes in terris, originis suae principium reperit e caelo. Ceruente, quo se jactat incesu! Quibus nos intuetur oculis! Qua voce (si loquitur) omnes praese contemnit! Ceruente, ut modò depictas, gemmatasque indutus penulas, manuleatus, & armillatus in publicum prodeat! Modò sericatus, & cycladatus obambulet! Modò in crepidis, vel cothurnis, modò in speculatoria caliga, nonnunquam in focco muliebri prodeat!

Supplicis honestas, & utilitas.

Ex M. Tullio tom. 1. Verr. 1.

Adduxit hominem, in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum Pop. Romano, satisfacere exteris nationibus possitis: depeculatorem aetiam, vexatorem Asiae, atque Pamphyliae, praedonem juris urbani, labem, atque perniciem provinciae Siciliae: de quo si vos severè, religioseque iudicaveritis, auctoritas ea, quae in vobis remanere debet, haerebit: sin istius ingentes divitiae iudiciorum religionem, veritatemque pertregerint: ego hoc tamen assequar, ut iudicium potius Reipublicae, quam aut reus iudicibus, aut accusator reo defuisse videatur.

Sylva. Vide Lucas.

T

Taurus.

Ex Plinio lib. 8. cap. 45.

Taurus in aspectu generositas, torva fronte, auribus fetosis, cornibus in prociectu dimicationem poscentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus stat: iragliscente, alternos replicans, spargensque in altum arenam, & solus animalium eo stimulo ardescens. Vidimus de imperio dimicantes, & ideo demonstratos rotari, cornibus cadentes excipi, iterumque resurgere, modò jacentes ex humo tolli, bigarumque etiam curtu citato, velut auzigas, inistere.

Taurus.

Ex Virg. Aen. 12.

Ac velut ingenti Sylva, summove Taburno,
Cum duo conversis inimica in praesentia tauri
Frontibus incurrunt, pavidi cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutum, mansantque juvencae,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur?
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuaque obversi infigunt: & sanguine largò
Colla, armosque lavant: fremitu nemus omne remugit.

Taurus.

Ex Statio Theb.

Sic nota in pascua taurus
Bellator redit, adverso cui colla, suoque

Sanguine, proficisque natant palearibus armi.
Tunc quoque lasa tumet virtus, multumque superbit
Pectore despectò: vacna iacet hostis arena
Turpe gemens, crudosque vetat ferire dolores.

Taurus.

Ex Silio lib. 16.

Abditus ut sylva stabulis cum cessit adeptis
Amisso taurus regno gregis, avia clauso
Molitur saltu certamina: jamque feroci
Mugitu nemora exterrit, perque ardua cursu
Saxa ruit, sternit Sylvas, rupesque lacessit
Itaò rapidus cornu: tremit omnis ab alto
Prospectans scopu o pastor nova bella parantem

Taurorum agitatio.

Ex horrentibus sylvis plerumque truces, saevoque merendi aspectu latis juvenearum stipati armentis deferuntur tauri, qui in cancellos, & septum interius recepti, ubi operatio ostio datur potestas evadendi, ea feruntur rapiditate, caecisque praecipitantur conatibus, ut momento integrum campi spatium ambient, & coniectis eminus acclibus lacessiti, modò praefurore spumas agant, in obvios irruant, pedibus tellurem percutiant cornuum ictibus aera verberent, & quos cursu adepti, vel unguis proterant, vel cornibus ventilent.

Interim universus populus ab speculis oculos defigere, inconditos clamores jacere, & qua potest gestum, vocumque geminatione applaudere; Tympana subinde pulsari, tubae iteratò clangore strepere, omnesque sive videndi desiderio rapi, sive cum hostia congrredi, sive fugam capeffere.

Sunt denique maxima admirationi, & voluptati homines, qui pedestri, aut equestri cursu tantum praestant, ut taurorum petitiones incredibili dexteritate eludant: equites cominus taurum provocant, atque infixa cuspidem lancinant, modò revocatis habenis subsistunt, modò adhibitis calcaribus rapiuntur. Pedites ingruentem belluam, vel inflexione corporis declinant, vel sudariolum appendunt cornibus, vel isdem ferreum orbiculum impendant, & aliquando tantà pedum, ac membrorum polent agilitate, ut longà arundine equitantes geminatis vulnibus lacessant, & eandem bestia saltu quandoque rapidissimo transiliant.

Tempestas.

Saepe variante caelo, pelagòque, atrae, ac fordidae nubes ad Septentrionem conglobatae, omnem in se statum quasi reciprocando colligunt: mare interim languidum est, insidiosa tranquillitas: quare locorum, & tempestatum, ignari nautae ad auram undique captandam totos velorum expandunt sinus: cum ex iis, quas dixi, nubibus universò repente impeti sese effundens. Aquilo, in ipsas debacchari naves: ventò igitur pertinaciter flante pelagus identidem intumescere, fluctus modò ad astra ferri, modò ad Tartara penitus ima subsidere. Ad haec aera caligo, & indentium stridor, dissonae voces, varia, & incertae jubentium, rapidissimusque maris aestus solent oculatorum non modò, sed aurium usum demere, & gubernandi arbitrium nautis auferre.

Ergo & magistri gubernacula huc, illuc torquere, & remiges irritò conatu adversum maris imperum tendere: nihil iam loci consilio, aut arti esse, neque moderatores inter se constare, neque remigum clavo, neque clavus magistris parere, aliò navalis turba, aliò duces, & propugnatores vocare, aliò cuncta simul ventorum, & aënis violentia abripere.

Tempestas.

Ex Q. Curt. lib. 8.

Ab omni parte caeli emicare fulgura, & nunc internitentis

tente luce, nunc condita, non oculos modò méantis exercitús, sed etiam animos terrere cœperant. Erat prope cœntinuis cœli fragor & passim cadentium fulminum species videbantur: attonitisque Aribus stupens agmen, nec progredi, nec consistere audebat. Tam repentè imber grandinem incutiens trrentis modo effunditur.

Tempestas.

Ex Virg. 1. Georg.

Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarum,
Et sædam glomerat tempestatem imbris atris
Collectæ ex alto nibe: ruit arduus æther,
Et pluvia ingenti sata leta, boumq; labores
Diluit, impletur fossæ, & cava flumina crescunt
Cum sonitu, fervetq; fretis spirantibus æquor,
Ipse Pater media nimborum in nocte, corusca
Fulmina moitur dexita, quo maxima motu
Terra tremis: fugère feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor: ille flagranti
Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit, ingeminant Austri, & densissimus imber,
Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.

Ex eodem 1. Æneid.

Incubere mari, totumque à sedibus imis
Unà Eurusq; e, Notusque ruunt, creberque procellis
Africus, & vastos volvant ad littora fluctus.
Insequitur clamorque virum, stridorque rudentum:
Eripunt subito nubes cœlumque, diemque
Tentorum ex oculis: ponto nox incubat atra,
Intonnere poli, & crebris micat ignibus æther,
Præsentemque viris intentant omnia mortem.

Tempestas Ex Lucano lib. 1.

Jam Phœbe toti fratrem cum redderet orbi,
Terrarum subita percussa expalluit umbra,
Ipse caput medio Titan cum ferret Olympo,
Candidit ardentes atra caligine currus,
Involvitur orbem tenebris, gentesque coegit
Desperare diem, qualem fugiente per ortus
Sole Thyestæ noctem duxere Mycenæ.

Templum.

Ex Anonymo.

Templum marmoribus incrustatum fulget, laqueari-
bus nitet auratis, queis pavementorum respondet gra-
tia: pictis etiam specularibus peristromatis, ad certa-
men usque pulchritudinis luxuriat, ac munda vasorum
supellectile, lychnis aureis pensilibus, aromatibus, gem-
mis, facibus, omnique accurata munditia elegant. Quæ
omnia spectantium sensus intimo religionis horrore
perfundunt.

Templum.

Ex Virg. Æneid. 1.

Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido
Condebat donis opulentum, & numine divæ,
Anea cui gradibus surgebant limina, nexaque
Aro trabes, foribus cardo stridebat ahenis.

Temulentia Vide Ebruitas.

Tentus, & avarus.

Ex Cassina lib. 11. dist. 35.

Sordidum hominem intueri, ut vestes habet strickas,
easque attritas, & tot interpolatas versicoloribus pan-
niculis, quæ sunt in cridoro foramina. Cerne, ut locu-
los habet situ obstitos, claves ferrugine illitas, oppletas
araneis ades, ut ipse capite est usque ad cutem raso, ne
sapius tonsoris opere indigeat, ut domi nudis pedibus
obambulat, nequid interim calceos detorat, citius ex
pumice exuas, quam ex eo elocaris beneficium. Domi,
cum bruma est, riget frigore, & ne candelam accendat,
selem circumfert, cujus oculis, tanquam facibus, illustretur.
Vide *Piura ibi, & supra. v. Divus.*

Terra.

Ex M. Tullio 2. de Nat. Deor.

Principio terra universa cornitur locata in mediâ

mundi sede, solida, & globosa, & undique ipsa in se
nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arbori-
bus, ac frugibus, quorum incredibilis multitudo insa-
tiabili varietate distinguitur. Adde hæc fontium gelidas
perennitates, liquores annuum præciosos, riparum
vestitus viridissimos, speluncarum concavas altitudines,
immesitatesque camporum. Adde etiam reconditas
auri, argenticque venas, infinitamque vim marmoris.
Quæ verò, & quàm varia genera bestiarum, vel cœu-
rum, vel ferarum! Qui volucrum lapsus, atque canis!
Qui pecudum pastus! Quæ vita sylvestrium! Quid jam
de hominum genere dicam? Qui quasi cultores terræ
constituti non patiuntur eam immanitate belluacum effe-
rari, nec sterpiam asperitate vastari: quorumque operi-
bus agri, insulæ, littoraque collucunt distincta tectis & ar-
bibus, quæ si, ut animis, sic oculis videre possemus, ne-
mo cunctam intuens terram de Divina ratione dubi-
taret.

Terra.

Ex Conimb. 2. Physic. e. 9. q. 2.

Hæret in mundi medio stabiliter suspensa, ac veluti
paribus examinata ponderibus: eadem totunda, ac for-
ma dispar, vallibus humilis, collibus supina, montibus
ardua, fluviorum decursu, & fontium scatebris tri-
gua: semper eadem, & semper alta: nunc quasi brumæ
senectute efforta, & mortua, nunc novò vernantis anni
sylvæ revirescens, & herbarum, seu picturæ artificio,
nunc his, nunc illis tincta coloribus: nulla sui parte in-
utilis, nulla propemodum infuctuosa: interius gemma-
rum, aurî, argenti, & aliorum metallorum opulenti-
dives: exterius vestita floribus; herbis, arboribus, frugi-
bus, quorum incredibilis multitudo insatiabili varietate
distinguitur.

Terra.

Ex Manilio lib. 1.

Est igitur tellus median sortita cavernam
Aëris, & toto pariter sublata profundo:
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
Undique surgentem pariter, paritorque cadentem.

Terra motus.

Ex Ammiano lib. 17. cap. 7.

Iisdem diebus terramotus horrendi per Macedoni-
am, Asiamque, & Pontem assiduis pulsibus oppida mil-
ta concussurunt, & montes. Primò lucis exortu ad die-
m nonam Kalendas Septembris concieri nubium glo-
bi nigrantium lætam paulo ante cœli spaciem confunde-
runt: & amandorò Solis splendore, nec contigua, nec
apposita cernabantur, ita oculorum obtutu perstricto:
humo involutus crasse caliginis squalor insedit. Deinde
velut à Numine summo fatales contorquente manibus,
ventoque ab ipsis excitante cardinis magnitudo futu-
rentium incubuit procellarum: cujus impetu pulvorum
auditus est montium gemitus, & elisi littoris fragor:
hæcque sequuti typhones, atque præterea cum horrido
tremore terrarum, civitatem, & suburbana funditus ex-
verturunt.

Terra motus, & Maris motus.

Ex Messio lib. 8.

Ut in Cambaiana littora ventum est (nam eam im-
primis regionem explorare placuerat) in summa re-
penè malacia, silentibus ventis, ab imo fluctus intumuit:
inde naves inter se nutare, crepitare compages, tabula-
ta concuti cæpta. Nautæ subitò pavore icti cum in syr-
tes illatam haud dubie classem crederent in summa per-
turbatione rerum omnium, alii hostem dimittere, alii
ad exhauriendam sentinam, vel ad clavum tenendum
accurrere: sapientiores alii circumspicere sagam: atque
doliola, & tabulas ad enatandum arripere: ipse Imper-
ator initio nequaquam expertus timoris, ac sollicitudinis
fuit, sed mox comperto eum esse terramotum (quem
navigantes quoque sentire non dubium fuit) ad socios
hilar

hilari vultu conversus: adesto animi (inquit) viri, adven-
tu vestro perterritus Cambaianus (ceanus intremis,

*Terramotus**Ex Virg. Aeneid. 3.*

Vix ea fatus eram, tremere omni visa repente,
Liminaque, laurusque Dei, totumque moveri
Mons circum, & mugire adytis ortina reclusis,
Submissi petimus terram, & voffertur ad aures.

*Terroris effigies.**Ex Famiano lib. 1 prolus. 5.*

Clypeo terrorem affixit precipientem ex umbone
sele, vomentemque ab ore, atque oculis flammam, ac mi-
ra arte in facies se alias, atque has transferentem: nam
modò gigantem vastâ corporis mole refert efflantem
ignem naribus, strictoque nosse ferro minitantem,
modò in ea clypei amplitudine tanquam latissimo in
campo simulat equitum turmas, quam improvise ex
insidijs prodeuntem præter exultationem horum, re-
præsentat: modò maius opus moens, spectrisque validio-
ribus eludens ingentem classem, & oppleta navibus maria
sub oculos ponit.

*Tigri**Ex Solino c. 24.*

Ostia Oxii fluminis Hyrcan habent, ingentibus syl-
vis aspera, copiosa immanibus feris, feræque tigribus:
quod bestiarum genus insignis maculis notæ, & perni-
citas nobile reddiderunt: fulvè nitenti, hoc fulvum, &
nigrantibus segmentis internitidam varietatem appri-
me decet; pedum motum nescio pernicitas, an veloci-
tas magis adjuvet: Nihil tam logum est, quod non bre-
vi penetrant, nihil tam antecedens, quod non illico as-
sequantur. At maximè potèna earum probatur cum
maternis curis incitantur, cui catulorum insistant ra-
poribus: succedant sibi equiti, licet, & astu quantolibet
amolliri prædam velint, nisi perfidio maria fuerint, fru-
stra est ausum omne.

Timor ignis.

Convertite oculos in viro illos ultimam discrimen
propediem subituros, quos horribilis adeo metis inva-
sit, animum fregit, dirisque sollicitudinibus, & atâ ca-
lignè mentem obruit, ut in manus, vultum, ac univer-
sum corpus indubitati timoris indicia emerferint: Prostratus
obducitur, supercilium contrahitur, oris candor, & gena-
rum rubor extinguitur omnino: vultus species lurido pal-
lore deformatur, erecti inhorrescunt erines, declivis recum-
bit cervix, demissa languent bachia, artus denique omnes
iteratò tremore quatuntur.

*Timor.**Ex Virg. Aeneid. 3.*

Tum verò ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui, steteruntque coram, & vox faucibus hæsit;

*Timor.**Ex Ovidi Met. 6.*

Quid mihi tunc animi miscere fuit? Antè quod agna est
Signa lupos audit circum tabula alta frementes?
Aut lepori, qui vepre lateum hostilia cernit
Ora canum, nullos audent lare corpore motus?
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus,
Cæruleæque cadunt toto le corpore gutta.

Tristitia ex cogitatione.

Cum ancipiti quis pender animo, mentemque dubiam
varii observantium curarum turbines distrahant, nihil est,
quod afflicto, ac pene obrutum curis animum levet, nihil,
quod incubantem menti caliginem discutiatur, nihil, quod
vehementis doloris acerbiam leniat. Ingeminat identi-
dem dolor, tenebrosus ingruit mæror, sola instantis mali
cogitatione ingravescente.

*Triumphus Alexandri.**Ex Q. Curt. lib. 9.*

Emulatus patris Liberti non gloriam solum, quam ex

illis gentibus deportaverat, sed etiam famam, sive ille
triumphus fuit ab eo primè institutus, sive bacchan-
tium l. sus, statuit imitari, animo super humanum fati-
gium elato. Vicos, per quos iret, erat, floribus, coronis,
que sterni jubet. Liminibus adiuam crateres vino reple-
tos, & alia eximia magnitudinis vasa disponit. Vehi-
cula deinde constrata, ut plures capere milites possent,
in tabernaculorum modum ornari, alia candidis velis,
alia veste pretiosa. Primi ibant amici, & cohors regia
variis redimita floribus, coronisque: alibi tibicinum
cantus, alibi lyra sonus audiebatur. Item in vehiculis
pro copia cuiusque adornatis comestabundus exercitus;
armis (quæ maximè decora erant) circumpendentibus,
Ipsum, convivasque currus vehebat crateris auris, ejus-
demque materiae ingentibus poculis prægravis. Hoc modo
per dies septem bacchandum agmen incessit.

*Triumphus.**Ex Oratore Gallo.*

O si mos ille vigeret adhuc, quo solemnè post pã vi-
ctores portabantur in urbem, quantus foret Imperis or-
ris nostri triumphus! Quæ gentium acclamationes! Quæ
monumenta victoriarum! Iret ante eutrum depresso
collo, subjectis cervicibus, subactò vultu condemnata
rebellio, currum traherent simul victi, & simul victi
cum Rupellensibus Angli, frontibus famulari iugo con-
iunctis: succederent agmina victorum uno simul omnia
dono devincta, castaque flagello virtutum. Hic tractus
sonanti compede livor ringeret, fremeret audacia sine
telo, incederet arrogantia sine supercilio, morderet in-
vidia sine dente, debaccharetur impietas sine voce, mæ-
sta hæresis sine viribus agmen clauderet. Qui plausus
interea, que in te laudes à circumfatis militibus confir-
rentur! Tu Cisalpinus, Tu Transalpinus, tu Aquita-
nicus, tu Britannicus, tu Gallia dignior, tu parte felicior,
tu Henrico Magno maior Ludovicus festis vocibus dicere-
ris. Splendidi præterea tituli, laureati lemnisci, sublimes
imagines præferrentur.

*Triumphus.**Ex Virg. Aeneid. 8.*

At Cæsar, triplici in vectus Romana triumpho
Mœnia, diis Italici votum immortale sacabat:
Maxima tercentum totam delubra per urbem
Lætitiâ, ludisque viæ, plausuque fieri ebant:
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus atæ:
Ante aras terram cæsi stravere juveni.
Ipse sedens niveo candentis limine Phœbi
Dona recognoscit populorum, aptatque superbis
Postibus: incedunt victæ longò ordine gentes,
Quam variæ linguis, habitu tam vestis & armis.
Hic Nomadum genus, & distinctos Mulciber Afros;
Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos
Pinxerat. Euphrates ibat jam mollior undis,
Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis,
Indomitique Dacæ, & pontem indignatus Araxes.

*Truculentus, & severus.**Ex Tullio tom. 3 pro Sestio.*

Alter, o Dii boni, quam terer incedebat, quam tru-
culentus, quam terribilis aspectu! Unum aliquem ex
barbaris illis exemplum imperii veteris, imaginem an-
tiquitatis, columnam reipublicæ diceret intueri: vestitus
nostra hac purpura plebea, ac pene fusca, capillo
ita horrido, ut Capuæ, in qua ipse cum imaginis for-
mandæ causa Duumviratum gerebat, seplassiam sublatu-
rus videretur.

U*Ubertas regionis.*

Quis nostræ regionis ubertatem non videat? Nihil
vel cæto mollius, vel solo pinguius, vel fluvii latius.

Ll 20

vel aara clementius. Quis non demiretur prodigam re-
rum omnium, & fragilibus a micam tellurem? Omnis ibi
gleba frugifera, & femina si jeceris, neque illico stran-
gulantur, neque primo in germine siderata emociua-
ntur, aut denique ad usum in herbarum luxuriam, inanisque
singulas vires fundunt.

Cereus arbores nativæ felicitati impares, ramis frugum
pondere recurvatis, & quodammodo ingemiscensibus de-
betate sua queri; vel poma, nec tempestatum legibus ad-
mota, nec mensium vicissitudini obnoxia quocunque anni
tempore, quædam primulum in florem gemmascere, quæ-
dam deterfis floribus targescere, acerbam crudelitatem co-
quere; alia denique plena maturitatis, adhuc pubescentibus
matis, confenscere.

Vide Regio opima.

Ver.

Abeunte hyeme, compressis imbribus, discussis nubibus,
dissoluta nive, & glacie, videtur orbis gratissima
recurrentis anni vicissitudine reviviscere, vel quasi è
sordibus eripi, aut è veterno excitari; omnia enim nature
redeunt ornamenta: Sol nitida facie, deterisque caligine
splendescit, aer puriori lumine demulcetur, flumina solito
urgentiora exonerantur, omnis tellus floret, herbas, &
frondes parturit, quibus prata gemmascent, nemora vesti-
untur, & montium vertices coronantur. Hinc merito dix-
eris vet lætum, ac ridens, quasi vere appetente, lætari, ac
ridere omnia videantur.

Vide Anni partes.

Ver.

Ex Horat. lib. 1. Od. 4.

Solvitur acris hyems grata vice veris, & Favoni;
Trahuntque siccas machinæ carinas;
Ac neque jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni,
Nec prata canis albicant pruinis.
Jam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna;
Jantæque Nymphis Gratiæ decentes
Alternò terram quatiant pede: dum graves Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas,
Nunc decet, aut viridi nitidum caput impedire myrto,
Aut flore, terræ quem ferunt solute,

Nos olim Elegiaco vertimus.

Ver placidum terris, brumâ fugiente, propinquat,
Fertur & in liquidum pulsa carina mare.
Nulla pecus stabulis tecto stat, nullus arator:
Canescunt rigido pascua nulla gelu.
Candida cum primo visa est dare Cynthia lumen,
Alternat faciles mox Cytherea pedes.
Dum gravis in Siculis fornacibus ignis anhelat,
Gratia festivos gaudet inire choros.
Nunc decet aut viridi frontem, circumdare myrto;
Aut vario nitidum cingere flore caput.

Ver.

Ex Virg. 2. Georg.

Ver adeo frondi nemorum, ver utile sylvis:
Pâturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris
Laxant arva sinus; fuerat tener omnibus humor,
Inque novos soles audent se gramina tuto
Credere, nec metuit surgentes pampinus Austros:

Ver.

Ex Ovid. 1. Fast.

Omnia tunc florent, tunc est nova tempotis ætas,
Et nova de gravido palmite gemma tumet,
Et modo formatis operitur frondibus arbor,
Prodit & in summum seminis herba solam.
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit & in pratis, luxuriatque pecus.
Tunc blandi soles, ignotaque prodit hirundo,
Et luteum cella sub trabe figit opus.

Verbosus ignavus.

Quando quis ad loquendum promptior, tanto ad ge-
rendum segnior reputatur, ita, ut prudentissimi duces

fortitudinis defectum exhostitatis incremento metantur.
Hinc Siccus Demetrius apud Dionys. lib. 20. exprobrans
quorundam ignaviam: *otus* (inquit) *istorum splendor non*
in armis, sed in verbis esse positus.

Et Turnus arguens ignavia Drancæ apud Virg. Æn. 11.

Larga quidem sempe, Drance, est tibi copia fandi:

Tunc, cum bella mans poscunt, &c.

T. Livius Dec. 3. l. Quorum (inquit) lingua prom-
pta, ac temeraria est, hæc æquè ad pugnam urgent manus.
Quod expressit Curtius lib. 7. similitudine canis vehemen-
ter latrantis, & non molentis. *Canis* (inquit) *timidus ve-*
hementius latrat, quam mordet.

Venas sine furo.

Ex Anonymo.

Quasi cœli pudica sobles simplici ratione veritas orna-
tur: ipsa etiam incomptæ sese placet, nec calamistros
adhiberi vult falsæ suspicionis; nihil operis, aut commercii
à vanitate necesse habet mendicare. Igitur pigmento non
indiget, sublimis incedit ardore, ac rubore nativò efflo-
rescit. Ascitum, minimum, & cerusam respicit: est inornata,
sed quam ipsam decet, esse incompta, sed ipsa delectat inca-
ria: habet enim quædam in ornamenta, sed nescio unde ex
abdito eruta.

Prægreditur sola, & inornata: imò etiam nec paxillo
fulcitur perjuri, nec delictulis adulterati sermonis ascleis
sustinere necesse est.

Verfellis Fur.

Ex Favianis lib. 2. prol. 3.

Non ibo per singulas lales, live servi subdoli, vastri,
verfellis, scitioris, quàm est plebiscitum, verfurioris,
quàm est rota figularis, tenas, ad dolos tacite terentis,
ac se artificem fraudis sepirum instar, atramentri effusione
occultantis, ingenio tanquam cultro urentis, quo homo nimium
exeret martupia: insidis veluti Troianum, quum t. brit-
cantis, quo non in arcam, sed in arcam faciat, impetantur fir-
ris, trifuris, crumenticidum, senis manibus genere Gery-
onæco, quum si Argus teret, qui oculos totus fuit, is nun-
quam fervet.

Hula.

Ex Favianis lib. 3. prol. 4.

Hic vetulam coloribus expresserat in tabula edentia-
lam, ac victam, annis, ac viribus defectissimam: dicitur
que re absolutâ, uti sit, d opus agnosendum redit, in-
diculò illò aspectu delectatis, dum aniculam contemplantur
suffarminatam, breviculam, ridam, extinctam, exanguem,
bucculentam, recedentibus oculis, pendentibus gemis, ex
tanto deorsum mentò, deprimò intortum ore, superstante
naso neque integro, neque teo: enim verò suborto affatum
ritu, intercluso spiritu, ridiculum sanè in modum seridò ex-
tinctus est.

Victor audatur.

Ex Orosio Gallo.

Triumphasti, victor, de ingeniis hominum, qui cum
se impares rebus tuis omnibus exortandis agnoscant, in
earum singulis partibus occubantur. Neque verò propte-
rea ulla erit in iustem factis enarrandis similitudo di-
ctorum, sed in una victoria omnes variè triumphant,
quia tantum unus effecisti, quantum universi laudare vic-
possint. Dicent alii pietatem illam spectabilem, qua exer-
citu prælucebas, alii facilitatem scribent, qua toties vin-
cebas, quoties in aciem prodibas: alii prudentiam in consi-
liis celebrabant, alii fortitudinem in factis extollet. Om-
nes prostreto mirari poterunt se dixisse, quod aliorum nul-
lus attulerit; pauciora tamen ab universis esse comprehensa,
quàm a uno fecerit Ludovicus.

Ville Sibarum

Dispersæ in æstivos maxime recessus nobilium villæ
pera in primis eleganti, vel ad spacas amicum ripas
arrulos avium concentus, & fugientis aquæ lenè mur-
mur excipiunt, vel è montium jugis, verticibusque sub-
æcos vallium anfractus, & vasta maris, ac terratum spatia
longè, latèque despectant.

Viridarium.
Ex Anonymo.

Cernite amœnissimum viridarium, cujus parietes mul-
tis malis medicis, & pomis citres vestiti nitent ad simi-
litudinem auri: cum totum pinus circumdatum sit, ex
una ad alteram pinulam arcus electi videntur, operâ
& artificis mirabili: arcæ ad dextram, & sinistram sin-
gulari arte, & solertiâ constructæ sunt, violis, ac floribus
distinctæ, & myrteris strætæ, quæ accuratissimè habent
speciem in similitudinem tabulæ politissimæ. Areas ve-
rò ipsas cancellulis arundineis circumdatas ornant for-
mæ, atque figuræ satyrorum, nympharum, equitum. Ad-
dite liquores fontium pellucidos rivulos leniter deflu-
entes, ac avicularum concentus jucundissimos; denique
maritima ipsam jucundissima amenitate gestientem, &
exhilarantem omnia.

Virtus persians.
Ex Oratore Gallo.

At etiam eo negotio M. Caronis splendorem ma-
culare voluerunt ignari, quid gravitas, quid integritas,
quid magnitudo animi, quid lenique virtus valeret:
quæ in tempestate seva quiescit, & licet in tenebris,
& punita loco, manet, tamen, atque hæret in patria. splen-
detque per se semper, neque lienis unquam sordibus
obsolefcit.

Virtus militaris.
Ex Oratore Gallo.

Quis hostes constantius expectavit? Quis fortius ex-
cepit? Quis celerius occupavit? Quis invasit audacius?
Quis animosius fudit? Mirabuntur extræ nationes, stu-
pebunt posteræ, religio triumphabit. Dicent hæc mira-
cula pueri, juvenes recitabunt viri conabuntur imitari,
senes narrare gaudebunt, æta nulla commendare desi-
net.

Vita brevis.
Ex Anonymo.

Incertum, & fragile nimium est hoc munus naturæ,
quidquid datur nobis: pars aqua morti similis exigitur,
aut pœnæ, nisi contigit quie. Neque reputantur infan-
tiæ anni, qui sensu carent, non senectæ in pœnam vi-
vacis. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus,
tot curæ, toties renovata mæte, ut nullum aliud fre-
quentius sit votum, Natura ved nihil hominibus brevitate
vitæ præstitit melius.

— Festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ, miseræque brevissima vitæ
Portio: dumbibinus, dum ferræ, angustæ, puellas
Pescimus, obrepit non intellecta senectus.

Volatus.
Ex Sannazario lib. 2. de partu.

Dixerat: ille altum, Zephyris per inane vocatis,
Carpit iter, scindit nebulas, atque æra tranat,
Ima petens, pronatque leves vix commovet alas:
Qualis ubi ex alto notis Maandria ripis
Prosperit vada, seu placidi stagna ampla Caistris,
Præcipitem sese candenti corpore cygnus
Mittit agens, donec tandem potitur amatis
Victor aquis; sic ille agras, nubisque secebat.

Voluntas. Vide Deliciae.
Urbis de populatio.
Ex Famiano lib. 2. prolus. 3.

Diripiebatur Urbs Insula caput, in quam regni or-
pes, atque arma confluxerant, deliciarum sedes, & quon-
dam hospitium gratiarum, voluptaria, ac beata homi-
num natio, immani hostium truculentissimorum furo-
re, ac rabie cædebatur, manabat per fora, ac vias ca-
daveribus oppletas interfectorum sanguis: non ætati,
non generi parcebatur: & quod commiseratione dici
nequit, atæ passim, ac templa, cœlitumque imagines
indignis sanè modis polluebantur: matronæ, nobiles-
que puellæ, ac sacræ Deo Virgines è gynæceis, ac pen-
tralibus ad omnem barbarorum libidinem foedissimè rapie-
bantur: civium fortuna, templorum supellex, captivorum
corpora, sacræ, profanaque omnia, rapinâ, cæde, ludibriò
distrahebantur.

Vide Civitas expugnata.

X

Xiphia piscis.
Ex Maffio lib. 7i.

Magnitudinis vastæ piscis est in Africano Oceano,
quem piscem, à figura videlicet, Acum appellant (Xi-
phiam ego fuisse crediderim) prælongo rostro, & in
mucronem desinente, eodemque ita duro, atque hispido,
ut ferrum deterat instar limæ. Ex iis belluis una-
dum subterfugientem prædam furibunda persequitur,
in adversam onerariam plenis euntem velis toto im-
petu illata, in imas compages, pertuso alveo, acutissi-
mum caput infigit. Eo laqueo dum sese per vim conat
excutere quamvis libratam suis ponderibus pævent
adeo quatefecit, ut se in Syrtis impactos nauta non si-
ne horrore ceciderint.

FINIS
LAUS DEO.

Faint, mostly illegible text in the upper right quadrant of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Section of text in the middle right, appearing to be a list or a set of numbered items, though the text is too faded to read.

Section of text in the lower right, continuing the list or set of items, with some faint headings or sub-sections.

Text in the upper middle section, including a large heading that appears to be "De..." followed by several lines of text.

Text in the lower middle section, containing several paragraphs of text, some of which are partially obscured by a large tear in the paper.

LAUS DEO FINIS